


ALVARI GOMEZ DE MILI-
tia principis Burgūdi quā uelleris aurei uocant, ad
Charolū Cæsarē eiusdē militiæ prīcipē libri quīq;.

AD MAGNVM item Philippū iuuētutis
principē in eiusdē uelleris locos obscuriores Alexij
Vanegas breuis enucleatio. Mēse nouē. 1540

Es de la libreria
de trinitarios descal
zos de Sevilla =

CAESARI CHAROLO EIVS *nominis quinto inuictiſſimo* Imperatori Hiſpaniarumq; Regi. &c. Petrus Gomez de Mendoça.

INTER OPERA QVAE pater meus Aluarus Gomez tam lati- no, quam Hiſpano ſermone ſcripta re liquit, inuictiſſime Imperator Charole Cæſar ſemper Auguſte (ſunt enim nõ parũ multa) unũ ſane reperi, tuæ quondam maieſtati dicatum. Aegre tuli (fateor) ĩcuria neſcio qua tẽporũ hacte nus delituiſſe, cũ de his potiſſimũ rebus ageret: quæ nulli aptius aut regum aut imperatorũ: quam tuæ maieſtati congruerent. Nam ad ſumme inclytã cla- riſſimi tui generis ſtirpẽ inuictiſſimaq; arma haud dubie pertinent. Vnde uiſus mihi ſum congruentiſſi me facturus: ſi opus hoc latinis carminibus condi- tum, fœlici tua nuncupatione in lucem prodiret: ut qui latine ſciũt (Quæ enim tam inculta, tam barba ra tam effera gens: quam latinus ſermo non iam in uiſerit?) hanc uelleris pluſquã aurei hiſtoriam ſci- tu atq; memoratu digniſſimã, ab ipſo ſtatim prin- cipio: unde originem duxiſſe literis extat: clare intel ligãt. Agnoſcat Cæſarea maieſtas opuſculum hoc iã olim ſibi dicatũ: eiuſq; autoris haud immemor

ſit. Quippe qui maieſtati tuæ fidiſſimus atq; addi-
ctiſſimus ſemper fuerit, & ſi filio in parentis teſti-
moniū loqui licet: propter multam, uariam, & recō
ditam eius eruditionem ita amari, ita multis præ-
ferri, ut magnis etiam honoribus decoraretur, opti
me profecto meruit, cuius rei clarum præbent teſti-
moniū multa opera ab eodem: dum in terris ageret:
in lucē edita. Quæ non apud Hiſpanos modo, ſed et
apud exteras utiq; nationes non exiguo æſtimari
precio ſatis cōſtat. Nō ambigo: quin huic operi ſub
tanti monarchæ titulo atq; protectione multum &
autoritatis & gratiæ ſit acceſſurū. Multa enim (di
xit Plinius) ualde precioſa ideo credūtur, quia ſunt
tēplis dicata. Si liber hic animo inſeruiendi tuæ ma
ieſtati ſemper prōptiſſimo editus, non diſplicuerit,
dabo operam: ut alij eiuſdem parentis mei libri iux
ta doctiſſimorū hominū iudiciū ualde utiles quam
primū publicentur. Vale fœliciter ſacer imperator:
quē Chriſtus maximus optimuſq; in excelſiſſimo
iſto Imperatoriæ Maieſtatis faſtigio ad plurimos
& fœliciſſimos annos ſeruet incolumem.

DESI. ERASMVS ROTERO. LECTORI.

ENituit (proh grāde nefas) post sæcula multa
Nobilium rerum series, & uelleris almi
Inclyta Romanos contemnens fama triumphos.
Et nullam Aoniæ nullam Parnasidos undæ
Sensit opem, nullo se euexit in astra cothurno
Donec Hesperio spectatus sanguine Gomez
Clarus auis opibusq; potens, sed carminis alti
Diuitijs celsaq; & magniloquente camœna
Nobilior, tantæ miserans obliuia laudis:
Ac prima intactum repetens ab origine carmen
Splendida grandiloquo referans exordia uersu
Ordinis, & causā, ter magno et maxima Charlo
Decretis promissa deum uenturaq; fata
Asseruit tetris illustria gesta tenebris.
Ausonij lucem eloquij sacrumq; furorem
Carminis Hispani succendens flatibus oris.
Non hic mendaci commendat Iasona uersu.
Nec uigilem Medæa parat sopire draconem.
Aut mentita nouo prorumpunt prælia sulco.
Fulgida sed sacri miracula uelleris udi
Arenti tellure prius, ac mox uice uersa
Vndantem pluuijs sudo iam uellere terram.
Et Gedeoniacos ausus diuinaq; bella

Tercentum pugnata uiris, quos more ferarum
Dira ſitis liquidas non adpronauit in undas
Dulcia ſed gerulis rapuerunt flumina dextris.
Ac precibus ſuperata pijs furiata Sathanum
Agmina, & innumeris turgentia caſtra maniplis,
Militiamqz ſacram, generoſiqz ordinis amplum
Eximiūqz decus, cygnæo gutture cantat.
Martia flammato celebrans præconia uerſu.
Scilicet ut mutæ longo iam tempore laudes
Non niſi ab Hiſpano rupere ſilentia cantu,
Sic erit armipotens uirtus tua Maxime Charle
Tum demum fœlix, toto ſpectabilis orbe,
Cum dabit infractas uires, & robora firma,
Addita Burgundis Hiſpanica lancea geſtis.

ALEXIVS VANEGAS LIBEralium artium magister beneuolo ac pio lectori.

NOn abre me facturum existimaui, si prius q̃z uelleris aurei aureũ poema cãdide lector euolueres, illa te exuerẽ opinione, quam ipsa operis inscriptione forte (nec immerito) cõcepisti. Hoc uidelicet esse uellus, quod Cercopis poetæ uetustissimi fabulis illustratum Iasson Aesonis filius Iolcõ deportauit ex Colchide. Quod tãtum abest ut sit Colchicũ illud: ut nihil minus q̃z illud: cũ perlegeris opus, appareat. Absit enim ut Christianæ miliciæ præbeant argumẽtũ ethnicorũ quãtũuis celebrata præstigia. Hoc igitur Thoisonis militiæ insigne uellus est Gedeonis, nõ Iassonis. Quod qua ratione aureũ cum roscidum potius aut (si mauis) aridum nuncupari deberet, cognominetur: suo loco cum resposcet: aperiemus. Scias tamẽ interim: si hoc (quãtulũcũq; est præludiũ) obiter legere nõ grauaberis, antiquiores suæ uirtutis elogia in albo clypeo consueuisse depingere. Vnde duella tropheaq; quasi uirtutis insignia in parma depingebãtur. Adde etiam insignis uenationis feras occisas aut saltẽ sola uirtute fugatas. Res præterea augurales & ominosæ in scutis non nihil optẽtæ aut optinẽdæ uictoriæ portendũt: qualis est Vespertilio Valẽtinorũ insigne. huic adij

ciamus quãdam rerũ apologicã significationẽ qua lis est Asinus clitellatus Neapolitanorũ insigne. Quo improbatum laborem omnia uincentem osten tare laborant. Iam uero illud quis ignorat? cerdonũ instrumenta suis lineamentis ad artificiorum cogni tionem effingi? Deniq3 nemo est qui aut artis excel lentiam aut uirtutis elogium insigni rerum notatio ne ostentare non expetat. Imo ad insignia priuatim capessenda pueri Romanorũ olim inuitabãtur: quã do cum toga uirili ad hoc clypeos albos sumebant: ut uirtutis monumenta in scuto albo depingerẽt. id quod Vergilij carmine apparet: qui. 9. æne. lib. de Helenore loq̃ns. Ense (inquit) leuis nudo parmaq; inglorius alba. idest Helenor sine gloria propriæ uirtutis morti succubuit. nam genus & proauos & quæ nõ fecerat ipse, uix sua uocare potuit. Id etiam Persius Satyra. 5. uoluit significare. Cum cãdidus (inquit) umbo permisit sparsisse oculos impune Su burra. idest cum deposita prætexta clypeus albus sumptus simul cũ toga uirili permisit. &c. Quo ĩ lo co non est sane mirandum, quod Antonius Nebris sensis latini sermonis Camillus Hispanus umbonẽ pro cyclade, quæ rotũda uestis interpretatur, expo suit. Nã ut Horatius ait. Bonus quãdoq3 dormitat Homerus. effigies itaq3 (ut semel finiã) Gedeonici uelleris aurea est Thoisonis ĩsigne: quod poeta nr̃as Aluarus Gomez suis carminibus illustrauit. Vale.

ALVARI GOMEZ DE MILItia principis Burgundi quam uelleris aurei uocant, ad Charolũ Cæsarem eiusdem militiæ principem libri quinqꝫ.

PAndere res altas et uatũ crimine tectas
Incipiã, si musa uocat, si uerus Apollo
Inuitat, clarisqꝫ iubet miserescere factis
Pegasidũqꝫ lyras, mutãqꝫ resoluere fa- (mã.
Nã quid erit, nostro iaceat nõ cognitus æuo
Martis honos, puroqꝫ aries præfulgidus auro
Non ferro aut cunctis nomen superabile sæclis?
Scilicet hunc humeris gestet rex Charolus, atqꝫ
Nos liceat nescire modum causamqꝫ uerendi
Ordinis, & magni lateant monumenta Philippi?
Quin iam Castalios latices diuumqꝫ liquorem
Fundite Meoniæ Burgunda in carmina nymphæ.
Vos precor illapsæ charites primordia sacri
Velleris, & priscam repetamus origine causam.
Mosus Erithrei molem superare profundi
Cœperat, & siccis penetrauerat æquora plantis.
Intrat in arentes arabes, ingentia rursus
Dona dei, pastam diuino pane cateruam
Suscipit: & graciles epotans caute liquores

Promissa infractum referebat ad inclyta uotum
Atqz ortus Iordane tuos:ubi maxima cœli
Temperies regnabat ouans oleumqz merumqz
Mella Syonei difusa per æquora campi
Proximus Enachijs aderat, iam corde fideli
Prælia sacrificos aptabat ad alma lacertos.
Summa alio decreta uocant. Succedit Iesus
Qui supero turbas euerteret ense nefandas.
Etheos, Eueos, septenaqz nomina Diti
Chara potens armis uicit. natosqz patresqz
Duxit mellifluæ promissa ad pascua terræ
Per sistentis aquas fluuij, per marmora magni
Signa dei, clamore uirum, clangore tubarum
Ierichon pauida deuotam extendit arena.
Ac fraterna pias tribuens per munia sortes
Hostili Assyrios uacuauit semine campos.
Hunc sequitur Iudas delectus in agmine noti
Voce dei, uotiqz potens post clara tropheis
Tempora funesti claudit sera limina Iani.
Ah, quoties animis bello funestior ipso est
Blanda quies? Quoties rebus pax falsa secundis
Obfuit? ultor adest, & iniquos uertere sensus
Tunc potuit, cum luxus erat, nec classica somnos
Rumpebant armata graues. sed imagine rerum
Læta ingens per corda sopor. uictoqz pudore

Turpis amor totas uitijs dissoluit habenas:
Itur in omne nefas: positisqz exercitus armis
Immemor accepti siccatum ad Nerea doni
Arma, ducesqz feros, phaleras, currusqz rotasqz
Cum uorat unda cadens, nubis flammæqz cibiqz
Immemor & summæ per quam tot prælia dextræ
Vicerat, & sæuas restabat uictor in hastas,
Deserit autorem uitæ dominumqz, ducemqz,
Et domino charis (proh dira piacula) turbis
Tartareos dat nosse Ioues, Veneremqz secutus
Aethereas expellit aues, immundaqz templa
Construit, & laxis scelus amplexatur habenis.
Propterea duros demittit ab arce labores
Empyrea rex ipse pius, cui certa uirorum est
Cura patri. insanos animos, sensusqz rebelles
Corripit, ut uisæ reuocaret imagine pœnæ
Ad patriam, patremqz patrũ Bethsamidis urbẽ
Pacificasqz domos & luminis inclyta tecta
Qui cupiat reserare suis. En tempora cernens
Apta satis, belli neruis Madianus & astu
Et syrijs confisus auis insurgit, & omnes
Irarum effigies, auersaqz numina secum
Sæuus in arma trahens, rabiosis ictibus hostes
Ense, minis, flammis, & amico feruidus orco
Percutit, atq; reos septenis solibus urget.

Heu neqz iam ſolitis faciem comittere muris
Audet inops animi fugiens hebreus, & altos
Crimen ad omne metus, et herilem mente furorem
Concipiens aut antra petit, ſeu montibus altis
Luget. Et hunc turmis atrox Madianus auernis
Perſequitur ſegetem rapiens hominumqz labores
Atqz boum preſſis uaſtabat diriter agris.
Non fauor ut quondam, læto ſed mœſtior ipſo
Horror mortis erat mœſtiſſima cædis imago.
Spes fugit ante ſcelus, tandem ſibi conſcia flammis
Vrebant ſe corda ſuis, & triſtis erynnis
In ſtygias quatit ora faces, furiaſqz tricornes
Ingerit. O quantos ſuſpirant pectore queſtus.
Nam neqz clamor adeſt: miſeras actura querelas
Vox deerat confuſa malis & pondere culpæ.
Sed tandem lachrymis taciti ſic fantur obortis.
Summe pater mundi, qui cœlis maximus altis
Stans & ubiqz potens terræ moderator & undæ
Materiam formis tribuens, oculiſqz ſub amplis
Cuncta creator habens, qui curas condita: quiqz
Mortifrago ueros occultas tegmine natos:
Da ueniam pater alme tuis: erraſſe fatemur.
Culpa patet, damni non eſt opus indice noſtri.
Laruarumqz preces, aræ, rituſqz nefandi
Atqz tuo ſæuus reſidens in monte Baalus

In nos tela trahunt. Atq; hoste horrentior hostis
Vermis adest pulsans interno uulnere pectus.
Da ueniam: nostris non est tua dextera culpis
Facta minor. Rubri minitantia cærula ponti,
Et Iordanis aquas, & iniquos fortiter enses
Fregisti, dum noster eras, dum nostra leuabas
Signa per æratas acies, & monstra gigantum
Num minus ipse uales? uideo fera crimina plusq;
Hæc meruisse. pater te nati exposcimus unum
In tua tela bonum. Vix sic effantur: & immos
Exsoluunt gemitus. Pietas miseratur: & illis
Dulcia deposito mittit solatia ferro
Hũc lachrymis positura modũ. Tũc solus in agro
Vir Gedeon lassis purgabat fercula turbis
Protinus aduersi fugiturus cornua castri.
Angelus ecce nitens niueo uelamine tectus
Pectora, & æthereis radiatus tempora flammis
Aduolat. & uerbis Gedeonem affatur amicis.
O nimium dilecte deo, fortissime miles
Est dominus tecum. nec plura effatur. at ille
Sic ait. hoc dignum non est mihi credere: mecum
Si deus est, nos atq; uidet, uelut ante solebat:
Cur patimur tot damna pater? nostra omnia luctu
Plena uides, casusq; graues, dirosq; labores,
Vincimur, expugnat (si non male cernimus) ipse

Nos deus, & turmas confundit & agmina nostras
Territat igne minax inuerso motus amore
Nos lacerans, o si nugas nunc ferre liceret.
Sed domino charam crudeli funere turbam
Vastauere canes. non hoc sine numine, cernis
Tabentes agros nostro iam sanguine. cernis
Horrificas facies, & fœda cadauera nostrum
Pollutura nigram spurcis fœtoribus auram.
Heus ubi dextra potens? ubi sunt ingentia magni
Facta dei, nostris nimium cantata poetis
Tot libris digesta sacris? quæ sæpe solebant
Intrepidi narrare patres? quo numine gens hæc
Exuerit pharias nimium curuata catenas,
Vtq; per æquoreas uentis metuentibus undas,
Traxit iter siccis lybico uelut æquore plantis
Desertisq; locis quæ uix optare liceret,
Spem super inuenit cœlestia fercula uotis
Ad gratam concessa famem, gustusq; saporem.
Tandem ipso ductata deo uictricibus armis
Per populos sæuosq; duces regesq; subactos
Floruit, & uiuam meruit per sæcula famam.
Ille ubi ductor amans custos & gloria nostræ
Gentis adest? ubi sunt? ubi sunt ea fœdera nostro
Icta patri? calcamur, habet nox ultima uictos,
Et finit? & populum spernit pia cura peremptum?

Sic ait. & lachrymis efflebat lumina largis.
Angelus huic. Dominus dispēsat tempora, motus
Atq; uices, & cuncta iubet miro ordine, tu nunc
Pone metus, & uade libens, & fortis in armis
Fraternam eripies a sæuo funere gentem.
Fide deo gaudens. sic stat sententia summi
Firma boni. timet ille nimis, nec tempore mœsto
Ad miseram rerum faciem sub corde ualebat
Concipere ingentes animos, dominumq; loquētem
Sic rogat. Vt fratres atroci clade iacentes
Eripiam, quæ firma dabis consortia? dictis
Quē ue modū? genitor meus est in sanguine nostro
Infimus, ipse minor socios abiectior omnes
Inter agor. quæ forma uiæ? quæ copia belli,
Si non sunt misero quæ dicis somnia, nec me
Irridere paras. Dominus responsa benignus
Hæc dedit. ipse te ueniens comitabor, & arma
Non ruitura ferens in ouantes feruidus hostes
Inuehar. atq; omnes uno sub uulnere gentes
Percutiam ter plura potens. Hos en ego suetus
Verberibus ferula longisq; arcere lupatis,
Et nunq; fracti uinclis cohibere capistri.
Nunc quoq; magna tuis statuit mea dextera bellis.
Sed faciet miranda magis: cum carcere rupto
Euertet lætale chaos, stygiosq; furores,

Cum græcas lybicasq; aras patresq; latinos
Subdet, & elusis reddet noua sæcula monstris.
Non gladiis ducibus ue potens nec hiantia campis
Cornua nec quadras conductat in arma cateruas:
Sed miseris hoc donat opus. nudosq; rudesq;
Hæc faciet firmis conflare tonitrua uerbis.
Et Christana phalanx solis armata sagittis
Verborum per Bethis aquas Austriq; tepentis
Fulmina: perq; uagos auroræ finibus Euros
Fortis Hyperboreos etiam trãscendet ad axes.
Huic Gedeon. Quoniam primis a patribus orta est
Caligo, optatum quæ occultat fumida uerum,
Sæpe etiam nostros ludunt phantasmata sensus,
Vnde sciam (da signa pater) te cunctipotentem
Qui loqueris, nanq; ipsa procul tã grandibus ausis
Spes trepidat: titubatq; fides sub pondere magno,
Non diffisa deo: sed non bene certa, quid ipse
Vult deus, & nostris si iam satiata ruinis
Sit pietas. hic ipse mane, dum pronus adorem
Te rediens, & dona feram, rituq; litarim.
Dixit. abitq; domum, properatisq; ignibus hædũ
Coxit, & azimeos panes cum iure reportans
Obtulit ad quercum domino, posuitq; uerenter
Caute super. dein iura sacræ diffunditat ollæ.
Angelus hæc uirga tetigit. tum protinus artus

Exarsere sacri. Tum uisa est hostia summo
Grata deo, & graciles cœlum tenuere uapores:
Inquit & o Gedeon superum charissime regi
Crimina sæua uides, dira & monimenta superbi
Dæmonis, erectas furijs horrentibus aras.
Mœchatosq; uiros ærato dæmone sumi
Signa doli: saxis Gedeon non claudicet istis
Forte genu uisi concurrere dentibus apri
Te decet, atq; ambas excire in prælia dextras
Pro joue, qui ferro non est agitabilis ullo.
Qui superos hominesq; creans & seruat utrosq;
Fert & in astriferi gemmata palatia regni
Dignatos proceres domino se subdere uero:
Et parere deo: cui non imitabile numen
Cherubica humanas extollit ad organa linguas,
Ergo age tolle tui taurum patris. alter & illi
Sit socius plenos septem qui exegerit annos,
Infernasq; excinde aras, & sede Baalum
Exturbato reum, quoniam genitoris in agro
Ara jacet non grata deo. sacrumq; prophana
Relligione nemus, miseræ quod proximat aræ
Succides, dominoq; tuo cui conuenit uni
Thura dari, hac aram fundabis caute decoram
Qua tua perpetuas nunc ebibit hostia flammas.
Sacrifico taurum tollensq; ex more secundum

Ligna super compone focis, dominumq; uocabis:
Dixit. & in dextram roseis se sustulit alis.
Dux ubi dicta tenet uerbis accensus & ira
Fert bis quinq; uiros, diuinaqz iussa parauit.
Sed sub nocte, nouis ne quis foret obuius actis:
Exturbatqz deos, infernaqz nomina fando
Nomina sancta quatit: totumqz exterritat orcum.

¶ Finitur liber primus.

¶ VELLERIS AVREI LIBER SECVNDVS.

Lætior oceano q̃z nox funesta pararat
Exurgens pauidam lustrabat lumine syluam
Phœbus. & ara patet properis destructa lacertis,
Succisumqz nemus. stant numinis altera signa
Atqz altare nouum, jugulo quo taurus aperto
Indicat ingrati perisse obliuia uulgi:
Aronidasqz faces & prisca resurgere festa.
Præterea auditum est gemitus uocesqz nefandas
Terrificum rabido stridere per aera motu
Quæritur, ecquisnam solennem effregerit aram:
Quæ temere sacrum uiolarit dextera lucum?
Fama reum mortis Gedeonem affirmat auernis,
Inuisum superis, rabie qui impulsus acerba
Ausus erat nitidi fregisse cubilia Bali.

Demens turba Ioam conuenit, natus & inquit
Ecce tuus comites indignis perdidit ausis,
Imminet ira deum, sedisq; injuria raptæ
Imminet, & nostro poscet de sanguine pœnas,
Ni luat innocuum qui læsit numen, habenda est
Hæc ratio. mactemus eum: nec sancta recuses.
Ne furor æternus nos opprimat. ilicet altos
Est minimũ tempsisse deos, qui nostra gubernant
Sæcula: qui dextris dispensant omnia iustis?
Da famulum morti meritæ, si candida tangit
Te pietas, diuumq; charis sperata, metusq;
Debitus, illicitis accensaq; fulmina factis.
Princeps Achor erat generoso sanguine, & illum
Deuouere patres lœto, quia crimine furti
Perdidit incautas & flamma & sanguine turbas.
Nec prius a dira cessarunt numina clade
Quam data commotis humana piacula diuis.
Ergo age trade uirum, nullus iam sanguinis ordo,
Indignum se patre facit: qui numina lædit.
Lædit quippe patrem, nimium dubitasse uideris.
Esto neges. deus ipse manet qui torqueat hostem.
Desierat jam uulgus iners. Ioas incipit. istud
Ipse probo: deus ipse manet: qui torqueat hostem:
Torqueat & natum uel ferro aut ignibus atris
Ipse meum nemus, & destructam uindicet aram.

Si deus est, læsus mortali uindice Balus
Cur egetro proceres iram cohibete nefandam:
Ah fugite insanum fraternæ cædis amorem.
Quid iuuat humanas humano sanguine dextras
Fingere trinacrij manibus conflata Typhœi:
Ipse ipse in nostrum iaculetur fulmina natum.
Vos spectate deum. faciat quodcumq; iuuabit,
Quandoquidem dextris librat mortalia iustis.
Ecce Amalecheis Madianica turba maniplis
Vna omnes populi phœbo nascente superbi
Adueniunt, stigijq; instabant classica regni.
Transierant riui florentia littora magni,
Qui quondam uisa diuini fœderis arca
Sistit aquas reuerens, pressaq; expalluit unda.
Condolet Abrami plæbes, deus ipse relictus
Qui supero sacros ductarat fune parentes
Et meretrix infanda deum mens facta, doliq;
Iræq; insidiæq; & nomina cuncta furorum
Innumeriq; metus horrendaq; noctis imago
Hanc misere cruciat, cunctisq; exterritat horis.
Interea uiuo Gedeonem spiritus œstro
Incitat humanos cœlesti robore sensus
Confortans, habilemq; facit prægaudia uota
Ferre per horrendas acies nocturnaq; tela.
Personat ergo tubam nimio conamine, cunctos

Conuocat atq; uiros Manasæa sorte, Biezer
Atq; domum, Zablonq; simul, simul euocat Azer
Neptalicasq; manus & amicæ robora turbæ.
Iamq; dies aderat uenturo proxima bello,
Tunc Gedeon uinctis ad summa cacumina palmis
Sic ait. O rector quamuis tua dextera magne
Plura potest, nec cuncta facis, uelut ipse ualeres,
Si populum seruare paras me principe: sicut
Dixisti. da signa precor: tam grandibus ausis
Cespitat ipsa fides terreno pondere. lætum
Auspicium concede parens pignusq; salutis.
Vellere signa peto, uellusq; in pignora posco
Hic sistemus id: ac fluidus si in uellere solo
Ros fuerit: lanæq; ipsi contermina tellus
Arescat nullo roris madefacta liquore,
Tunc mihi certa quies, & honori pignora belli
Sunto. sciamq; meis uictricia signa sub armis
Te domino præstanda meo. sic factus & ipsum
Exposuit uellus, Zephyris quod flantibus omne
Plenum roris adest: concham q; impleuerat unda
Area contiguæ nec quid fuit humida terræ
Nec pluuiam uellus cognouerat. Ecce potentem
Dux iterum Gedeon dominum tentauit & inquit
Si furor ista tuus patiatur quærere, signum
Vellere bis liceat. mutetur pignus. & oro

Humida fit tellus, fit ſiccum uellus. & ecce
Annuit omnipotens, ſoloq; in uellere non eſt
Humor, & æthereis ſummergitur area lymphis.
Iamq; duces multos numeroſaq; caſtra mouebat
Dux domini. uox lapſa polo peruenit ad aures,
Quæ uetat inſtructo proceres producere bello
Militibus multis, maneat ſibi gloria ſoli
Vult deus, & proprijs ne exultet uictor in armis;
Propterea hoſtiles ſi quis trepidauerat enſes:
Iuſſus abire domum. tunc millia multa recedunt
A domini caſtris, bonus ultra pergere ductor
Incipit aduerſi nulla formidine caſtri.
Iamq; Aradathæas cernebant comminus undas,
Gens etiam tunc uiſa deo numeroſior, ipſum
Quam deceat, ſolo ualeat qui exteruere uerbo
Fortia tartareis munitaq; caſtra leænis,
Tercentum iuuenes igitur miro ordine lecti
Ex hoc quod curuis lambebant flumina dextris:
Arma ducis comitantur, erat ſine numine uero
Infœlix numerus: tantos qui auderet in hoſtes,
Zebeus & Salman tendebant uallibus imis
Horrifico miſeram turbantes murmure terram.
Sæuit uterq; fremens rabioſo milite, cuius
Mille iterū clypeos iam dextera computat altos:
At Gedeon uacuis media ſub nocte lagenis

Aggreditur sæuum diuino robore castrum,
Hosq; sono: hos duris (uox est pro uulnere) uerbis
Hos mucrone necans & amara cæde trucidans.
Destruit armatas & ferro & dæmone turbas.
O mirum facimus, potuerunt uincere septem
Mille uiros, cunctis non spes auderet in armis
Tantum optare, ruunt equites, peditesq; fugantur,
Factaq; sunt paucis sine nomine uulnera telis.
Nanq; furens domini gladius uibratur, & ecce
Aspiceres turbam se alterna cæde petentem
Quem feriat nescire locum, ferus undiq; terror
Mars, furor, & sanies calefactaq; sanguine tela
Et Gedeon solo qui uicit nomine uictos
Insequitur, uictorq; premit perimitq;, fugatq;,
Donec non ullum quem uulneret inuenit hostem.
Finxerunt gentes q; tunc tria Cerberus ora
Effera prostratæ saturauit sanguine turbæ,
Non unq̃; satiata magis, uisoq; triumpho
Infernæ trepidant furiæ, palletq; timetq;
Dæmon, tartareos casus, ruituraq; læti
Regna, uirum prisci nanq; audit legibus æui
Venturum excidio sceleris, iam credit apertum
Esse cahos: clarumq; ducem gaudentibus astris
Inferna horrendis quassare silentia flammis,
Atq; graues nexus & cæca resoluere uincla.

Hoc metuit stygiosq; lacus commotat ob iram.
At Gedeon postq̃z stupefactas funere siluas,
Disiectosq; uiros umbrataq; cædibus arua
Conspicit, & parto nil jam superesse triumpho
Alloquitur lectos ueneranda uoce ministros.
O comites domino reddatur gloria magno:
Non nobis dedit ipse potens ingentia summo
Numera digna deo plenam uenientibus annis
Vix habitura fidem, sceleratas cernimus hastas
Scuta rotasq; solo calcataq; signa iacere,
Et tegere immensos perfossa cadauera campos,
Vicistis nostri socij uictoria uiui
Regis adest, uos ergo deum cœlestibus hymnis
Patrem efferte bonum, pueros matresq; murusq;
Ad pia magniloquo ductate charismata uersu.
Exultate uiri lætoq; ad sydera cantu
Surgite populeis per sæcula cuncta coronis
Hoc tamen hoc uellus, doni quod signa beati
Spe mihi certa dedit, uiresq; accendit ad arma
Mentibus in uestris sedeat, dulcesq; per horas
Accendat puros sensus, ut pectore grato
Concipiant totis uictricia numina uenis:
Et quicunq; cupit speciosæ præmia laudis
Accipere & pulchris uolitare per æthera factis,
Hoc recolat, signumq; sacrum celebrataq; bellis

Vellera in æternum cupiat gestare triumphum.
Interea surgit, binas atq; explicat alas
Fama uolans totumq; orbem sermone replebat,
Et Gedeonis opes geminato uellera miro
Narrabat, Stygiosq; ioues cecidisse, decusq;
Ignoti restare dei. stupet ipsa iuuentus,
Exultantq; senes. Nascentibus undiq; turbis
Clarior ipsa magis fama est. miratur & omnis
Posteritas, uellusq; sacrum uenerantur, & horrent:
Velleris & signum celebrat, quicunq; parabat
Virtute ingenti generosum quærere Martem.

¶Finitur liber secundus

¶VELLERIS AVREI LIBER TERTIVS.

HEc ubi ad excelsum peruenit fama Philippū
Quo duce romanas Burgūdia tēpserāt iras:
Conuocat ille sacris ad magna palatia iussis
Illustres regni proceres, dein talia fatur.
O socij partis & nostro Marte triumphis
Insignes, quos laudis amor, quos ignea uirtus
Inflamat pulchrum tribuens per sæcula nomen,
Hæc audite pares, animisq; aduertite totis.
Postq̄ diuina michaelis territus hasta
Lucifer in lucos ruit irrediturus auernos,

Vt uacua empyrei mansere cubilia cœli:
Summa dei bonitas radios fusura perennes
Hæc reparare uolens limo formauit ab udo
Primũ hominẽ sociãqꝫ thori, quos pestifer anguis
Motus ob inuidiam furijs immiscet acerbis.
Vir peccat mulierqꝫ simul pariterqꝫ rebelles
Innocua de sede cadunt, curamqꝫ famemqꝫ
Funus, & innumeros uitæ subiere labores.
Hæc eadem peperere suis ab origine natis
Iratosqꝫ polos occlusaqꝫ noctibus astra,
Ac phlegetontei jussis parere tyranni,
Cæteraqꝫ in miseros transmittunt damna nepotes
At pietas tantam gentis miserata ruinam
Infernosqꝫ dolos sceleratas dæmone terras
Cum uidet, ecce pater flenti miserescitur orbi
Deponens tela alta manu, meditatur amicum
Pacis iter, summæ delere piacula noxæ
Quo ualeat, lapsumqꝫ genus ductare sub auras
Aethereas: sæuiqꝫ caput confringere lœti
Ac placidum miseris numen se ostendere terris:
Cuius uoce graues ostenderat ante furores,
Cum sceleris pœnam gladio poscebat acuto,
Iusserat & regnis homines exire beatis.
En pius inferni fracturus cornua castri
In cœlum extorres dignatur ducere gentes.

Quiq; tenet patrem cœlorum in sede potentem:
Accipit hic matrem, mortale & corpus, ut idem
Immerito nostras persoluat funere culpas
Qui populum justo ualuit damnare flagello.
(Nota loquor uobis) regemq; hominemq; deumq;
Humanas habitasse casas quis nesciat: ille
Iustus homo dominusq; poli dominusq; profundi
Fœlici pauidam madefecit sanguine terram.
Tandem supremo iacuit rex mortuus antro.
Ipsa ergo loca sancta dei respersa cruore:
In quibus: & Christus uixit, quibus ille parentem
Nos docuit, charitesq; pias effudit ab ore,
In quibus & mortem mactauit cæsus: & inde
Surrexit nitidis super astra nitentia plagis.
Cum populo infernis moriens quem soluerat oris;
Gens obscena premit rituq; incestat inani
Irridens Christo, nostris & patribus: ipsos
Christicolas urgens patrijs altaribus: hæc ne
Hæc patiemur: erant homines qui fortibus armis
Sunt ausi ignoto leges imponere mundo,
Nos etiam, nos arma duces, colimusq; potentem
Militiam: quæ tanta animis ignauia nostris?
Stat conferre manum, mauros laniare superbos:
Et domini sancto pia ponere signa sepulchro.
Scilicet idcirco Batauos, dirosq; Sicambros,

Ebronicosq; uiros, Morinos Belgasq;, Dacasq;
Instructo & flauos pugnantes Marte Sueuos
Et glacie rigido tot castra furentia Rheno
Vicimus, & quamq̃z cognato sanguine flores
Gestamus pariter Gallos, proh dedecus, ista
Ocia sæua feram: positisq; inglorius armis
Et Bacchum Venerẽq; sequar, plumasq; lyrasq;:
Quin potius mihi bella placent, duriq; labores
Lœtalesq; metus & funera dummodo possim
Burgunda Assyrios ostendere gesa per agros:
Hic amor, hoc uotũ est nostri hæc sentẽtia cordis:
Desiderat dux ipse loqui. tunc Croyus heros
Incipit, hæc oculis dux est gratissima nostris.
Hæc princeps tua jussa placent. per flumina Nili
Fœta, per astrictum glaciali frigore Pontum
Duc age. noster ades, nec nos tua castra secuti
Tecum per stygias trepidabimus ire tenebras
Pugnantes tecum decies fœlicibus armis
Nos Burgũda domus, nos clara Brabantia, nosq;
Hannoniæ Flandræq; nurus, Lothoringica tellus
Vidit ouans claros spolijs & Martis honustos
Reddere uota deo templisq; affigere dona,
Et uideat tua signa sequi, solymasq; per oras
Vertere crudeles preciosi sanguinis hostes.
Hoc tamen oramus comites ascribe, nouumq;

Da signum, quo Martis honos reddatur, herumq;
Te ualeant lustrare tui, sub puluere belli
Cum uariet mixtis pugnans exercitus armis:
Dixerat & tacuit. tunc cætera turba uirorum
Dicta probat, casusq; pares armantur in omnes!
Omnibus unus amor belli, mens omnibus una est,
Dux ubi clara uidet sociorum pectora Martem
Quærere tam pulchrum uitijs inimica nefandis,
Gaudet, justa suis cumulatim & præmia dextris
In proceres tribuit, magnoq; ex agmine nullus
Indonatus abit, seq; in penetralia misit.
Candida jamq; polo cæcas aurora tenebras
Expulerat: dux ipse uiros de more uocatos
Alloquitur. Quales stimulos ferat æmula uirtus
Et quæsitus honos speciosi & gloria Martis:
Quid referam comites? bellis uictoria tantis
Vos docuit quantum dulcissima semper honestas,
Et quantum nitidæ sint dulcia culmina famæ,
Laus meritis & parta bonis, nomenq; uirile
Propterea sæuos fluctus dirosq; labores
Horrentis æstus concretaq; frigore magno
Flumina sanguinei per mille pericula belli
Pertulimus, memorare juuat, uelut ante iuuabat
Perferre altisonæ sic digno incensus amore
Laudis in arma feror, uestri memor ergo laboris

Et generis uotiq; memor, meritisq; animisq;
Vestris motus agor. donisq; ingentibus opto
Maxima pro uestris expendere præmia factis.
Sic fatus contexta sacris collaria gemmis
In quibus ex puro est aries dependulus auro
Imposuit socijs. & nomine quenq; uocatum
Sex quater hoc proceres tali insigniuit honore
Ipse prior pariterq; gerens hoc ordine signum.
Sic ait in cunctis sæclis uenerabilis ordo
Militiæ fuit, illustris quo semper honestas
Quæritur infractis qui tendit in ardua uotis:
Hic igitur nosmet generoso sanguine natos
Et quis bella placent, quos Martius incitat ardor
Horrida magnanimis contemnere funera uotis
Ordo decet, formamq; hanc relligionis honestæ
Instituo, numeroq; sacris, tibi candida uirtus
Offero, quæ nostris quærenda perenniter armis,
Ordinis & nostri lex hæc erit, alma tenere
Iussa dei Christiq; fidem sub corde potenti:
Qualem Rhoma parēs cunctum diuulgat in orbem
Seruare, & uerum gladijs defendere Christum.
Virtutemq; sequi, castosq; inducere mores,
Et miseros releuare solo, uerisq; fauere
Atq; bonis, prauiq; dolos euertere mundi,
Sæuaq; funestis effringere colla tyrannis

Ordinis & clari socium non tempore mœsto
Deserere, & sæuis caput obiectare periclis:
Sint quoties decreta duci, uel iusta mouere
Prælia uel patrij defendere pergama muris
Ordo hic noster erit, diuinaq; sacra quotannis
Huic statuo. natusq; meus simili ordine quærens
Excelsa uirtute uias quibus itur ad astra.
Ordinis Andream patronum deligo: fient
Per tres sacra dies. prior horum prælia ligno
Andresina sacro, fixosq; in bina lacertos
Cornua uitalem celebrabit & ordine mortem.
Vestibus in rubris ueniet tunc turba decori
Velleris, ut partos ostendat sanguine cœlos,
Virtutisq; decus summo constare labore.
Illustresq; uiros in funera iusta paratos:
Et quoties d ceat proprium præstare cruorem.
Inferias alij dabimus, tunc syrmata ferre
Nigra decet, flentesq; pati, sociosq; peremptos
Solari, & notis lacrymas urgere sepulchris.
Tertius albentes clamides uestitus ad aras
Thura dabit sanctæ matris, de corpore cuius
Bellator pius ille uenit candentibus armis:
Qui nisi Golgotheo subijsset prælia campo:
Nulla reformatos intrassent corpora cœlos,
Sed famulis exempla ferens contemnere mortem

Ausus adire uiam: nulli tentata uirorum
Horrebat quæ dura nimis: quæ sentibus altis
Frangebat nostras acies, dextrasq; potentes
Acriter obiecti terrebat imagine ponti.
Quæ sit causa tamen signum cur uelleris istud
Ordo gerat colloq; aries dependeat auri:
Accipite. Innumeros Gedeon fortissimus hostes
Cum peteret paucis socijs, nec castra mouere
Auderet terrore pauens, cum tanta uideret
Agmina, nec proprijs notus sibi crederet armis
Hoc uellus uerbi petijt pro pignore sancti.
Promissis factura fidem tunc cœlitus acta
Vnda tegit uellus, sicca tellure pluitq;
Desuper in terram, uellusq; arescit, & ipse
Ductor ubi innumeras inopina cæde cateruas
Vicit & ad pulchræ peruenit præmia palmæ
Sacrauit uellus, belloq; aptauit amico.
Notaq; signa uocat fundendis hostibus, inde
Inclytus ingentes aries sibi fundit honores.
Siue igitur Gedeon q; fortia castra subegit
Vellere confidens domini, seu q; pia uirtus
Vellus amat blandum dictis inimica superbis,
Siue q; æternus diuino numine Christus
Quem cupimus gladijs extollere semper in istis
Agnus erat, patiturq; lupi sub morsibus atri

Conuenit hoc nobis placet hoc inuellere ſignum:
Hoc in uenturos armata potentia caſus
Pectora noſtra gerant, noſtriq; inſignia Martis
Ornabit uellus: ſic uelleris ordo uocatus
Noſter erit. fœlixq; polos uictricibus alis
Tanget, & illuſtres equites dabit, huncq; decorem
Optabunt reges, ſeq; hæc in ſigna dicabunt.
Cur tamen ex auro effigies hæc uelleris, & nunc
Diſcite uos, aurum cunctis in lege metallis
Præſtat, & illeſum nullaq; rubigine tactum
Stat ſemper, ſeruatq; decus, quocumq; feratur
Sic decet eſſe uiros, in uelleris ordine lectos.
Militiam quicunq; petit ſummũq; decorem
Martis amat, nullis fœdet ſua pectora factis.
Sit conſtans rectiq; tenax. ſub mortibus ipſis
Intrepidus fatum ſuperans, non motus amicum
Seruet honoris onus. nullis impulſibus alma
De uirtute ruat, patiens tolerator & æqua
Fronte minas fortuna tuas, cœliq; fauorem
Percipiat. caſu nec ſit ſuperabilis ullo.
Indicat hoc auri facies natura colorq;.
Aureus eſt aries, miles precor aureus eſto.
Hoc poſcunt humeris aurata hæc uellera noſtris;
Et ueluti flammis aurum pureſcit in ipſis:
Sic tua ſit maior maiora pericula miles

Cum ſubeat, nulloq́; cadat ſub pondere uirtus.
Sic effatus erat, tunc Martia turba uirorum
Hoc retulit. dignas grates tibi reddere quiſnam
Poſſit? habe in noſtris totum quod creuerit armis
Imperium, pulchris quæſitaq́; gloria factis
Sit tua. nos magni donatos munere ſigni
Duc quacumq́; uoles, per terrã aut æquora ſancto
Non erimus ſigno indecores. quocumq́; feramur:
Tollere militiam curabimus, atq́; decori
Lux erimus Martis, quærendaq́; ſemper honeſtas
Eſt nobis, laus atq́; placens uirtuſq́; deuſq́;.
Miramur uero cur ſic te magnus Iaſon
Præterit, exemplis nec eſt memoratus in iſtis
Aeſonides, ſæui qui flammea colla draconis
Eripedeſq́; boues & cætera monſtra ſubegit,
Et pecus auratum precium ſuſcepit honoris.
Sic illi. dux ipſe refert, bellator Iaſon
Armipotenſq́; fuit uiuæq́; ad præmia palmæ
Peruenit, ſociiſq́; ſimul ſuo fortibus armis
Orpheus, Alcides, Calays, cum Caſtore, Pollux
Sed quia falſa Iouis uenerati numina auernum
Et ſubiere iugum Stygio merguntur in orco
His igitur non noſtra fides, non chriſtiger ordo
Sit nixus, recolat ue duces, primos ue ſequatur.
Iam Iouis illa parens cecidit, iam ſyrticus hamon

Saturnusq; ruit, nec delphicus inflat Apollo
Castalios tripodes delectaq; sortibus antra.
Hæc pereant quicunq; colunt, jam uera salutis
Nuncia christicolas repetunt ad prælia dextras.
Iam deus astrigero qui mortuus imperat axi
Vicit mortis onus, calcataq; dæmonis arma,
Edocuitq; uiros læti superare timorem
Iam Pallas non arma fouet, sed olympica uirtus
A domino Christoq; datur, qui sanguine fuso
Hos clypeos, hæc signa suis conformia carthis
Nostra secundabit Parthisq; imponet & Indis
Addite q cæsi non sunt nisi fabula uulgi
Eripedes tauri sufflantes naribus ignem,
Peruigil atq; draco, sopitaq; cantibus ora
Tessalicis, auriq; aries ad phasidos undam.
Si tamen hoc ualeat uestras incendere mentes
Tollereq; ad pulchri preciosa cacumina uoti:
Cernite q; sæuos insano Marte labores
Pertulit æsonides pro dijs fallacibus. ecce
Fert pelagus quod morte notant crudelibus undis
Antea sulcato nunq; se credere ponto.
Nec timuit furijs inferreq; bella paratis.
Nos quos sancta fides domini quos jam decus alti
Quos deus ipse mouet bellumq; accendit ad istud
Quid faciemus? erit nimium si corpore læto

Offerimus causamq; dei defendimus armis.
Qui moriens miseros comuni clade peremptos
Eripuit, uiresq; dedit, qui sustinet orbem?
Ergo agite armatis aurata hæc uellera dextris
Efferte assyrijs Burgundaq; signa tropheis.
Ordinis at socios alere, & ditare perennis
Hæc nos cura manet nostros mansura nepotes.
Interea e nostris si quis moriatur: habenda est
Par meritis ratio: dignus gerat alter honorem
Et sedem socijq; uices ferat inclytus alter.
Relligio ut semper nostra hæc seruetur: eritq;
Dux Burgunda tuus supremus in ordine ductor.
Dixit. & hoc pactum digito firmauit & ære.

¶ Finitur uelleris aurei liber tertius.

¶ VELLERIS AVREI LIBER QVARTVS.

NOx erat & mediũ carpebãt languida somnũ
Mẽbra ducis, q̃q̃ quã uigilãtibus excita curis
Mens erat & solymum uoluebat pectore bellum:
Ingens uisa duci patriæ exultantis imago
Cæsariem flauam sertis redimita decoris
Et totum longis orbem amplexata lacertis
In geminum reuoluta latus circumspicit ortum
Solis & occasum. sic tandem affata Philippum est.

Chare parens, cur tanta tuos incendia ſenſus
Sollicitant, uaſtæq; premunt tua pectora curæ.
Bella paras: pugnamq; ingenti corde cruentam
Concipis, & Syrios Perſas Parthoſq; Getaſq;
Delere, aut magni reſperſos ſanguine Chriſti
Omneis clauigero populos ſummittere Petro:
Magna audes, uoluiſſe ſatis pro Martis honore
Dignaq; Burgundi nimium te principe ſceptri
Geſta cupis, ſed fata uetant & maximus autor
Rex pacis belliq; potens non tempore in iſto.
Ducere Norinicos Romana ad ſacra colonos
Dignatur, ſceleriq; datas non ſtringit habenas.
Aut quia non meritis debentur ſæcula noſtris
Aurea, ſeu quoniam duratas crimine mentes
Tergere diuino non uult deus ipſe lauacro.
Scilicet Anglorum fortiſſima robora regum
Teq; duces Scotos furioſo Marte potentes
Romanaſq; aquilas duris inuadere telis
Non ſatis eſt, totoq; cupis pugnare ſub orbe
Nec tua ſanguineis laſſanda eſt dextera bellis?
Conceſſit nulli deus omnia. nanq; ſub omni
Qua cæli regione patent, a crimine primo
Quo nos Eua mali confudit tabe ueneni
Non ulli ad plenum ceſſerunt gaudia uotum
Sæuus ubiq; labor & iniquis anxia curis

Spes fluitans nimioqꝫ graues sub pondere lapsus
Nil solidum mundo est. mutantur sydera, risus
Et luctus se semper habent in Marte, uicesqꝫ
Alternant, nihil est quod non uarietur in orbe.
Tu tamen ut nullo patiaris tristia casu
More hominū aut magnū ualeat fortuna Philippū
Impetere & lachrymis inuertere gaudia nostris
Te pater omnipotens ad ueræ gaudia uitæ
Gaudia plena uocat. mole hac & corporis huius
Exonerare parat, uanisqꝫ educere terris
In regnum sine fine potens, quo candida uirtus
Magnanimos peruexit auos, quo lucidus æther
Et sine nube polus radiatas flammifer umbras
Componit, mentiqꝫ cibus datur ipse creator
Perpetuos habitans animos purgatqꝫ beatqꝫ.
Inuenies illic magnoquæ constat honestas
Quo sit sita loco preciosis nixa columnis
Militiæqꝫ decus grato regnare fauore
Purpureosqꝫ uiros splendentiaqꝫ eminus arma.
Tutati heroes patriam simul atra terentes
Crimina, te gremio excipient, placidisqꝫ lacertis
Ad tua mellifluos iactabunt brachia nexus.
Illic angelicos primo qui Marte maniplos
Candidus æternæ milesqꝫ & signifer aræ
Vicit & igniuomi detrusit uallibus orci

Cuius sacra pijs celebrasti gesta tropheis,
Te expectat, diuumqꝫ parat sufflare decorem.
Hinc dux alter amor superorum membra sagittas
Passa feras colloqꝫ nimis procerus ab alto
Purpuream ostendet tunicam gaudentibus armis.
Martinusqꝫ decens scisso formosus amictu.
Atqꝫ Arathateis bellator Acacius oris
Mille decem secum socijs, qui sacra fidemqꝫ
Cepit ab angelicis conuerso prætore dictis
Atqꝫ deo signis lætoqꝫ simillimus alom,
Flere tenebrosos gaudet sua funera cœlos,
Virgineoqꝫ trahens captiuum fune draconem,
Sanguine agni gestans bis tincta Georgius arma.
Innumeriqꝫ alij quibus est ea maxima cura
Fortunare acies & desuper arma tueri,
Militiæqꝫ decus uenerandum nomen honesti
Protegere, & bellis superum præstare fauorem,
Gaudia te socio peragent. milesqꝫ supremus
Christus mortis ouans diffuso sanguine uictor
Inter cœlestes proceres te sistet in omne
Tempus, & expleto concedet munera uoto.
Hæc tibi ꝙ Christo uixisti subditus almo,
Hæc tibi ꝙ nostros tutatus sanguine fines:
Dona manet. tu uade libens mortemqꝫ uocato
Non timeas, nihil illa potest in mentibus altis.

Hæc etiam tecum referes solatia: si me
Deseris orbatam fletu gemituq; iacentem,
Sum quoq; læta bonis præsentia damna futuris
Expendens, manet ecce tuus pro pignore patris
Charolus. hic bellis caput insuperabile cunctis
Clouigenas uincet reges, pugnaq; triformi
Gallica Burgundis sacrabit lilia templis.
Deseret hic natam moriens, quam iure mariti
Dux Romanus habet, quem post clarissima facta
Innumerosq; duces uictos gentesq; subactas
Roma uocat, rerumq; altas concedit habenas.
Hic faciet tot mira ualens belloq; togaq;
Quod licet aonijs ferat ora sonantia linguis
Cuncta loqui non fama queat, tunc Austria nobis
Iuncta erit, & titulis accrescet gloria nostris.
Hic uiuens nato reddet mea sceptra Philippo:
Quem rapiet mors sæua nimis sub flore iuuentæ,
Non tamen expertem belli clariq; triumphi
Sed uirtute ducis tractis ad uincla Sicambris.
Charolus huic alter succedet maximus. ille
Ille erit ille mihi pater inclytus, ille per orbem
Extollet mea signa, decus, nomenq; genusq;,
Rex mihi Martis erit sceptris populisq; bonisq;
Ferro opibusq; potens: Asiam sibi subdet & illam
Ad pia sacra trahet celebres toto orbe Larysas

Prostituens, Scyticosq; duces, Phariosq; tumores
Rumpet, & extremis optatus uictor in Afris
Et mihi & Hispanis (nanq; huic deus oïa) regnis
Ingentes pariet titulos laudemq; decoram
Vlciscens Gothos, quos quondam crimine magno
Vi superum ob meritam diuini iudicis iram
Tharisus Astureo succlusit uictor in antro.
Huic deus imperium quod nunc tibi sorte negatur
Concedet, totoq; unus regnabit in orbe:
Binaq; sub firmo concludet ouilia saxo.
Ordinis hic uestri signum fœlicibus armis
Illustrabit ouans. aries tunc aureus alto
Vertice ceu medius fulgebit in æthere titan:
Tunc erit hic aries uenerabilis, & sua tollens
Cornua Maumetheas quassabit neruiter oras:
Vade igitur mens digna polis Christoq; quiesce
Cum moriare deo uictura perenniter almo.
Dixit. & extemplo celeres uanescit in auras.
Dux tamen haud somno nec morte exterritus ipsa
Secessit mundo moriens uiuumq; reliquit
Nomen quod miris circumuolat æthera factis.
Charle igitur magni proles generosa Philippi
Regia uictorum soboles cui contulit altus
Regna decem. quando quæcunq; optare liceret
Sunt tibi adhuc iuueni paretq; Hispania regi,

Si uelis & totam fas est tibi subdere terram,
Concipe te dignos animos: Asyamqꝫ superbam
Sterne precor. nostro dabis aurea sæcula mundo.
Hoc sibi uult collo hic aries qui pendet ab alto
Fœlix, & nimium: fœlix, si fecerit ipse
Eufratem uasto spumantem sanguinis æstu
Iam tandem iustas brutorum exoluere pœnas
Et Nilum Solymosqꝫ rubescere sanguine muros.
Hoc tua uult ætas pulcherrima forma genusqꝫ
Hoc Burgunda parens solitis accensa triumphis,
Austria, & Hispani uult hoc sibi gloria regni,
Vult Castella ferox nullo lassata labore:
Quæ quoniam dulci iure est tibi subdita regi,
Te cupit in toto uictorem extendere mundo.
Charolus es magnus, non sit tua parua uoluntas.
Sed dignum te ostende tibi patribusqꝫ nepotem.

¶ Finitur uelleris aurei liber quartus.

¶ VELLERIS AVREI LIBER QVINTVS.

AT bene charlus ouãs animoso pectore metas
Iã tenet Herculeas, tamẽ ultra pergere uotũ
Dixit, & in clypeo signis aptauit auorum,
Cordis opus magni monumentaqꝫ regia ueri
Principis. O quantum genuerunt tartara: quantum

Maumethi deflent acies, mœstæq; tremiscunt
Burgundos animos, Hispanaq; pectora, uires
Et Castella tuas. iam iam uelut alta uiderent
A Ioue per lybicas emitti fulmina terras.
Prostrati Numidæ furijs agitantur acerbis.
Turcarum trepidant urbes, Arabesq; coacti
Thura parant, si forte queant lenire furorem.
Charlus ubi astreas mens corpore functa per arces
Magnanimi Ferrantis abit gaudetq; supernis
Mixta choris, claros hac fatur uoce quirites.
Quæ sit causa uiri uos in secreta uocandi
Audite. ætherei quos dignos rector olympi
Decernit, qui sceptra regant magnop; fruantur
Imperio, non his uili marcescere somno
Fas fuerit, uirtutis opus sed quærere claram
Iusticiam, decet atq; pijs incumbere uotis
Et uigilare suis, & iusta & magna petendo
Sese magnificis in cœlum extollere factis.
Scitis ut Hispanas ueniens Almansarus oras,
Gothica ter lybicis infecit regna uenenis
Discœuitq; nefas agros populatus & urbes,
Scitis & in dignis generosa ut corpora telis
Non assueta pati nullas edocta ruinas
Ceu domino superante cadunt. Arlistius ingens
Occidit & fruleus, & amico Saccarus ore.

Cindus &, heu magno cogor tacuisse dolore
Ne lachrymas laceri faciat iactura Figerni
Regales turbare genas. Quot passa labores
Sit Castella dolens Afris laniata leenis
Quis feret o patres: ne longa exordia sumam.
En melior fortuna datur. iam respicit ægros
Omnipotens: diuo proflictus Yucca pelayo
Inq; suos uersæ fœlici marte sagittæ
Incipiunt spem ferre nouam, Gisgonia rura
Tollere, uenturis memorandaq; tradere sæclis
Paulatim res nostra caput, summoq; labore
Eleuat Alphonsos, Ferrandos, atq; Ramiros
Et Ianos Ricosq; labor, labor improbus altis
Occupat in bellis. Ferrans Gonzalus honoræ
Lux patriæ, armipotens concusso Ciddius orbe
Mortuus ingentes qui uicit uiuus ut hostes
Mira licet faciant, diffusam expellere pestem
Non ualuere. manet longos dominata per annos
Pernicies, Maurumq; scelus, tabesq; nefanda:
Donec Castellæ uires superumq; fauorem
Illiberitano fugiens est condita regno.
Ecce autem Isabella potens Hispanica sceptra
Suscipit in toto mundo celebrata uirago
Vnio luxq; uirum: generis pulcherrima nostri
Gloria, Fernando coniux ueneranda marito

Iungitur. ille atras ceu lucifer igneus umbras
Dispulit, & patrijs inimicum uirus ab oris
Effugat: & patrum mirandus in agmine regum
Nostrorum, post bella decem diuersa per annos
Exarmat crudele nephas: totoq; potitur
Imperio dirosq; obtruncat cædibus Aphros
Innumeris: cogitq; suos discedere regno.
Iam fuerat patriæ factum satis, altior illum
Cura premit, lybicis & adhuc minitatur arenis:
Iamq; erat in duros moturus prelia Mauros
Et nouus impuris instabat Scipio terris.
Hunc uetuit fortuna diem. moriturq;, uicesq;
Dat mihi, regna suò linquens longe aucta labore
Cum regno uirtutis onus pia cura laborq;
Hac mihi sorte datur nostrum gerit ardua pectus.
Ergo & barbaricas iam pridem exuta cathenas
Nunc Castella pium petit a me principe bellum,
Hoc petit & uellus fidei cui cura beatæ
Militiæq; decus, mens & mea postulat, altos
Gothos uel stygijs genus insuperabile monstris
Indignasq; neces, & sanguine tincta meorum
Littora Marmaricas furias Lybicosq; tyrannos
Stat petere ex animo, nec his me ferre minorem
Qui genuere parem. uos bellis maxima tantis
Arma uiros classes, & ferrea monstra parate.

Dixerat. & noctis gelidæ properantibus umbris
Sunt alio dilata die placitura uirorum,
Consilia, ut tandem niueis aurora mamillis
Et sol Gangeticis micuit crinitus ab oris:
Mercurinus, eum quem laudat græcia uincens
Mercurium, clarusq; comes, sic incipit. O rex
Lux orbis Martisq; decor spes unica famæ
Ante annos animumq; gerens curamq; uirilem
Audijmus uotumq; tuum persensimus, acres
Atq; animos patrio calefactas sanguine uenas
Virtutemq; alto feruentem pectore. quid nos
Dicemus, te digna cupis, te principe tanto
Digna petis, nostro nec uota hæc dissona Charlo;
Ergo age ne dubites ruituros uertere mauros
Incipe, rumpe moras ualidis exercitus armis
Est tibi, sunt & equi, ferrumq; aurumq; uirosq;
Innumerasq; rates totiq; minantia ponto
Signa tenes duris efictaq; fulmina saxis.
Sed prius ex patrijs non est discedere regnis
Fas tibi: q; summo ferias concordia patri
Fœdera, christicolamq; adnectas pace cateruam.
Nanq; insana satis fuerit sententia mauros
Quærere, uel syrios græcasq; incendere classes.
Velle, nec hostiles auertere ciuibus enses.
Scilicet in solymos uel iniquos ibimus Afros;

Italiamqȝ piam rediuiuis urere bellis
Linquimus, Ausoniasqȝ arces Latiumqȝ decorẽ
Subruere, nomenqȝ tuum curamqȝ reposci?
Longe aliter tentanda uia est, post dulcia pacis
Fœdera nodatis concordi lege latinis.
I precor & geminam deturbans bellifer ursam
Si libet extremos ductabis nostra per Indos
Gesta, per & Carras Crasso moriente superbas:
Propterea sanctum patrem, qui nomine Christi
Dogma dei natis diuinaqȝ sacra ministrat.
Iungamus tecum. & sit duo lumina terris
Vos ambos pax sancta ligat: positisqȝ querelis
Pacis amore animos fœlix concordia uestros
Vnit, tot bellis lasso noua gaudia mundo
Conferet Adriaco forsan placitura Leoni,
Et Gallo, & nostris iusta ratione Britannis.
Vna omnes læto renouabitis aurea Christo
Sæcula. sic illi placeat, uotumqȝ secundet:
Si tamen hi uestras leges & sancta recusant
Vincula, si atritis confidunt neruiter armis
Stat deus: & notum est, ut sors Hispana manusqȝ
Floreat. inuictus restabit cæsar. At almum
Clœmentem uictor ne desere qui pia Christi
Iura colis, te Christus amat, sunt optima princeps
Fata tibi liceat totum regnare per orbem

Hæc ubi facta: scelus Asiæ Lybiæq; furentis
Plectatur. nomenq; Iouis pellatur ab Indis.
Tunc tuus hic aries puro spectabilis auro
Fortibus assyrias effringet cornibus arces.
Tunc pie Charle potes solymos inuadere muros
Gangiuoras, Niliqz domos, solemqz tepentem.
Et Babiloniacis aquilas ostendere campis.

FINIS.

AD MAGNVM PHILIPPVM iuuentutis Principem in uelleris aurei locos obſcuriores Alexij Vanegas gymnaſij Toletani moderatoris breuis enucleatio.

CVM ORATIONIS MAxima uirtus (authore Fabio) noſtræ iuuẽtutis ſereniſſ. Prĩceps, ipſa ſit perſpicuitas: authores qui egerent interprete quaſi uicioſi palam, eſſent prorſus abijciẽdi: niſi carminis præſcriptæ leges ab orationis ſolutæ legibus poetas uindicarent ac tuerẽtur. Vnde ſine reprehẽſione hic mos inoleuit: ut quod illic auribus lectoris obſtreperet: hic eaſdem acuat exhilaret & oblectet. Quis enim in oratione libera Sphĩgas aut Scotiſmos illius Heracliti, quẽ data opera nimis obſcure ſcripſiſſe ſecũdo libro de finibus teſtatur Cicero: non ſtatim exibilaret: cum tamẽ eiſdem in carmine conniueret: ut pote quibus penitus eruendis ingeniũ uellet acuere: id quod cum ita eſſe nemo non aſſerat præclariſſime princeps: operã me inſũpturũ inanẽ haudquaquã exiſtimaui: ſi Aluari Gomez poetæ noſtratis de uellere aureo mirificũ opus enucleandũ aſſumerẽ: cuius excudendi curã cum typographos ſuſcepiſſe mihi cõſtaret: eius operis interpretationẽ

quodam tuo iure priuato tibi potissimū nuncupandā dictabat ratio: cuius argumētū patri tuo inuictissimo Cæsari author olim iam dedicauerat. Vt quo iure fōs patri, eodē patris filio riuus ascribi debeat. Adde q loquendi normā adeptus, ad historicē: quā enarratiuam grāmaticam dicunt: eo acrius aspirasti quo facilius artem methodicā imbibisti. Mitto, q ista ætas ea præludia nunc exigit: quæ prouectior grandioribus circūuallata negotijs omnino respueret: ut quæ malet didicisse quo regeret: q̃z discere quod a regēdo seiungat, auocet & auertat. Quod si hoc enarrationis præludiū tibi arrisisse cōiecero: ad ipsam enarratiuam grāmaticam, quæ adhuc intra priuatos parietes obuersatur elimandam, tibiq; dedicādā accingar: ut tanti culminis propugnaculo cōmunita in lucē prodire audeat. Tuū igitur erit eminentiss. princeps politiorem literaturam nostro sæculo iam iā emergentē splēdore tui nominis illustrare, tuæq; celsitudinis fastigio nutantem corroborare: ut non minus Christianæ militiæ sis primus antesignanus: q̃z inermium literarum, quo non peritiores modo, sed eorum etiam Mecœnates se se cōferant, pium Asylum. Vale spes altera orbis.

SI uera eſt illa Horatij ſententia MAGNE Philippe noſtræ iuuentutis ſereniſſime princeps, qua dimidium factĩ qui cœpit habet, aſſeruit: nõ me ĩfauſtũ initiũ auſpicaturũ exiſtimo, ſi huius operis titulũ prius paucis abſoluerim: q̃z ad eiuſdẽ nõ temere obuios: qui paſſim ſeſe offerunt: locos exponẽdos accedam. Sic igitur operis titulus habet. Aluari Gomez de militia principis Burgũdi: quã uelleris aurei uocãt, ad Charolũ Cæſarẽ eiuſdẽ militiæ principẽ libri quinqz. Cuiuſquidẽ tituli duo illa prima nomina quæ cauſam efficiẽtem huius operis indicãt: non arbitror prætereũda: cum quidem, quia enarratorũ moris eſt, quos interpretãtur, authorũ uitas monumẽtaq; prælibare: tum præcipue, quia inſita quadã naturæ ui effectus cuiuſqz cauſam præcognoſcere nemo non appetit. Huius ergo operis anthor fuit Aluarus Gomez ſplendidus eques. D. oppidorum de Pioz et Atanzon. &c. Carpetanæ diœceſis. Fuit inter noſtrates poetas eximius: & in conſeſſu latinorum nemini ſecundus ingenio. Edidit plura opera. Ex ijs. quæ paſſim circunferuntur, ſunt Thalichriſtia, Muſa Paulina, Prouerbia Salomonis, Elegiæ in ſeptem pœnitẽtiæ pſalmos. In oratione uero ſoluta, unum dumtaxat (quod ſciam) mirificum opus de profligatione beſtiarũ. Atq; hoc ipſum de

uellere aureo mirificum opus uaria eruditione refertum. Hoc quamuis nunc primũ in lucem prodit: primum omniũ ab authore fuisse editum satis constat: ut pote quod in Flãdria dum in Cæsaris aula iuuenis adhuc uersaretur, cõcinnauerit. Meruit enim nõ miliciæ modo, sed togæ etiam in dictatoris aula gẽtilicius ac splẽdidus eques. præter id q̃ Caraccẽsiũ (quos nunc Guadalajarẽses dicimus) apud ipsum Cæsarem egerat oratorẽ. Idiotismo præterea Carpetano poeta nostras Hispanis suis non nihil intonuit. Transtulit nanq; Petrarchæ triumphos. Scripsit item de cõceptione uirginis opus aureũ. De tribus etiã Marijs aliud. Poetica uero theologia, quã postremo composuit: adeo est omni scientiarũ genere refertissima: ut præter id q̃ grandi boatu resonat: uernaculis poematis omnibus huius authoris palmã eripiat. Alijs deniq; scriptis opusculis licet non editis obijt quinquagenarius anno domini. 1538. Iulij die. 14. hora uero noctis. 10. diei dominicæ. Causa materialis huius operis nomẽ authoris subseq̃ntibus uerbis ostẽditur. Est enim huius libri materia seu argumẽtũ principis Burgũdi militia. Quo ĩ loco nõ capitur militia pro bello alicubi gesto: sed pro ordine et regula militari: quo loquendi modo dicimus militiã. s. Ioannis baptistæ, militiã tẽplariorum, militiam Teutonicorũ, militiam. s. Iacobi, mi

litiam Oreti, quam Calatrauã dicimus. In quibus omnibus intelligimus ordinẽ militũ .s. Ioãnis. &c. quia non bellum gestum: sed militandi ordinem sub certis regulis et statutis præscriptum significamus. De prĩcipũ Burgũdiæ prosapia in libro.3.breuiter recensuri nunc Burgundiã dicimus esse prouinciam inter Sequanos, quos nunc Sabaudienses et Germanos: qui Alemani uulgo dicuntur. Situm uero eius inter Iuram mõtem & amnẽ Ararim contineri. Iura qui alio nomine Iurassus mõs dicitur: sãcti Claudij mons hodie cognominatur: cuius plana Sequani seu mauis Sabaudiẽses accolunt. De Burgundionũ nomine Paulus Orosius.ca.19.libri septimi de Valentiniano imperatore loquens sic ait. Burgũdionũ quoq; nouorũ hostium nouũ nomẽ, qui plusq̃z octo ginta millia (ut ferunt) armatorũ ripæ Rheni fluminis insederunt oppressit. Hos quondam subacta interiori Germania a Druso et Tyberio adoptiuis filijs Cæsaris Augusti per castra dispositos aiũt in magnã coaluisse gẽtẽ, atq; etiam ita nomẽ ex opere præsumpsisse: quia crebra per limitẽ habitacula constituta Burgos uulgo uocant. Cornellius uero tacitus lib. de moribus Germanorũ ideo eos seiunctas habitare domos credit: ne plures domus incẽdio uastentur. Huius etiã etymologiæ meminit Liutprãdus Ticiniensis.lib.3. cap. 12. ubi hoc addit. Quod

Burgũdiones coacti ſunt a Romanis ſine muris ur
bes inhabitare. Nos hoc amplius addamus: quod
iidem ſunt hodie Burgundiones, qui olim Heluetii.
Nec obſtat quod Plinius Burgundionum Heluetio
rumq; ſeorſum meminerit. cum in cap. 14. lib. 4.
Burgundiones in primo genere Germanorum con-
numerauerit: in capite uero. 17. eiuſdem libri eos
Heluetios tanquã notius nomen inter populos fœ-
deratos nominauerit. Non eſt hoc loco pretereundũ
ꝙ Heluetia ſiue Burgũdia in Comitatũ Ducatũq;
bipartia eſt. Burgundia Comitatus eſt inter mon-
tem Vogeſum ex parte ſeptemtrionis & montem
Iuraſſum ex parte meridiei. Burgundia uero Duca
tus adiacet Comitatui a parte occidentis. ſed cum
utraq; alteri adiaceat, uniq; principi pareat: utrãq;
in hoc loco accipiemus. Vtriuſq; Burgundiæ me-
tropolis ciuitas eſt Viſontium. Apponitur in titu
lo. Quam uelleris aurei uocant. Nomine uelleris nõ
tantum lanam a pelle reuulſam: ſed lanam cum pel
le ſimul, qui latine ſciunt: accipiunt. Recentiores ue-
ro Thoiſonis inſigne uellus aureum uocant: non il-
lud modo fabulis illuſtratum: ſed eo antiquius ue-
rius & religioſius: quod in ſignum uictoriæ dux po
puli dei Gedeõ accepit. Quod præſentis operis au-
thor Iaſſonis commentitio uellere omiſſo deſcribit.
Illud autem Iaſſonis ideo aureum dictum eſt: quod

(ut latius suo loco dicemus) sua lana pellis illa munita artem conficiendi auri, quam Alchimiam seu (ut in sua Voarchadumia Augustinus Pantheus Venetus contendit) Archimiam dicunt: quasi liber inuolutus continebat. Vellus autem Gedeonis ideo dictum est aureum: quod aurei hoc est constantes & illæsi aduersus omnes fortunæ minas eo insigniti milites esse debent. idquod author ipse. lib. 3. his uersibus significauit.

Cur tamen ex auro effigies hæc uelleris & nunc
Discite uos, Aurum cunctis in lege metallis
Præstat, & illæsum nullaq; rubigine tactum
Stat semper seruatq; decus, quocumq; feratur.
Sic decet esse uiros in uelleris ordine lectos.
Militiam quicumq; petit sumumq; decorem
Martis amat: nullis fœdet sua pectora factis
Et post pauca subdit
Indicat hoc auri facies natura colorq;
Aureus est aries, miles precor aureus esto.
Hoc poscunt humeris armata hæc uellera nostris.
Et ueluti flamis aurum purescit in ipsis.
Sic tua sit maior maiora pericula miles cũ subeat.

Verba sunt serenissime pr̃iceps Philippi patris tui atauii: qui Thoisonis seu uelleris aurei ordinem primus instituit in Burgũdia anno Domini. 1429. Sequitur in titulo ad Charolum Cæsarem eiusdem

militiæ principem. Labeone insanior essem: ferrēq; (quod aiūt) nycticoraces Athenas: si in nostri Cæsaris uita non enarranda modo, sed nec perstingēda quidem, anthropologus esse uellem: cum illius monumentis nullus non uicus abundet. Cæterum quāuis thiaras imperialis omnibus innotescat: ut pote qui nullo imperiū oceano, nullisq; famā terminet astris pro modulo tamē, ut in hac quoq; parte posteris satisfaciā: e multis paucula seligam. Charolus huius nominis quintus Philippi Regis Castellæ filius ac Maximiliani Imperatoris nepos Charoliq; ducis Brabātiæ Burgūdiæq; pronepos & Philippi secūdi qui uelleris militiā instituit abnepos ac pater tuus iuuētutis serenissime princeps, natus est Gādaui in Flādria anno Domini. 1500. mense Februario pridie Mathiæ. Die deinde decimo quarto mensis Martij sacri baptismatis unda prolutus Charoli nomen accepit. Sexto deinde anno sexto Calendas Octobris Philippū patrē amisit. Decimo tandem exacto anno: hoc est. 1515. Brabantiæ cū reliquis adiacentibus prouincijs principatū suscepit Louanij auo Maximiliano adhuc interris agēte. qui quarto deinde anno in Germania superiore annū ætatis sexagesimū tertiū agēs diem suū obijt. Anno sequēti hoc est. 1520. Charolus rex Romanus eligitur: quo tēpore in Hispanijs agebat. Quo anno sub Ca

lendas Aprilis in Flādriā applicuit. cumq; partim Bruxellæ partim Mechliniæ transegisset æstatem: mense Octobri Louanium uenit: indeqz profectus Aquisgranū: ibidē imperij accepit insignia. Indeq; se contulit Vormatiā: ubi Lutheranā dānauit hæresim, eiusq; omnes libros cōburi iussit. Quīto deinde anno Franciscus Gallorū rex apud Ticinū (quā hodie Papiā dicimus) ab illius exercitu captus totius pene orbis monarchā Charolū reddidit. Eodē anno mensis Martij undecima die Isabellam Emanuelis Lusitanorū regis filiam Hispali in matrimoniū accepit, cuius obitu (proh dolor) Toleti Calendis Maij. 1539. adeptus est ingratissimā solutionē. Eos tamen Saluiatus cardinalis sumi pontificis legatus stabili iunxit connubio. ex ea te sustulit benignitate dei serenissime princeps: Natusqz in lucem primū prodijsti Pinciæ (quam Vallisoletū dicūt) duobus interiectis annis, hoc est anno Dñi. 1527. die uero. 21. mēsis maij. 3. hora post meridiē. Tertio deinde anno Bononiæ a Clemēte septimo pontifice maximo in æde diui Petronij Februarij. 22. die imperiali corona fuit insignitus. Sed stultus ego qui nō annales modo, sed diaria minutatim tāti imperatoris recēsere conor? Quis enim expeditiones: munitiones, castrorūqz metatiōes, impugnatiōes, expugnationes fœderū percussiones, cæteraqz id genus in-

niera sub uerborū laconismo si non in ordinem redigere: in Chaos saltem audeat coaceruare? Malo igitur hæc atqz alia sub silentio præterire: q̄z sub accepto pondere anhellans: quæ iusta sibi uolumina exposcūt, tanq̄z in Nilo (quod aiūt) canem metu pauidum sorbillare. cum præsertim ad hæc utcumqz enutianda. F. Bernardus Gentilis cum multis alijs nitendo sudauerit, nec hilum quidē profecerit. Omutescam sane: atqz cum aliorum opera perfruar, tum præcipue Antonij de Gueuara episcopi Mōtis Duniēsis Genesijq; de Sepulueda quos nostri sæculi Liuios & Suetonios possumus appellare (quamtuluscumqz tandem fuerim) susceptæ de Cæsaris nostri gestis historiæ subscribam. Hunc ergo nostrū Charolum militiæ principē author appellat: non (quod princeps alias significat) inuentorem: sed protectorē & quasi Diui Andreæ (sub cuius tutela est hæc Thoisonis militia) dicam magistrū equitum an imperatorē? sic ut duplici nomine cum quidem totius militiæ Christianæ: tū præsertim huius Thoisonis militiæ noster Charolus imperator sit nūcupādus. Illud est hoc in loco attingendum: quod nomen principis nullā iurisdicionē quasi magistratus quispiā significat: sed excellentiam quandam primasq; partes in his rebus personisue illum habere, in quibus principem locum tenere dicimus: ut cum principem

ciuitatis hunc aut illum aſſerimus: principalē inter ciues aut uerius conciues ſignificamus. In hac ſignificatione ſumitur illud ex euangelio Ioanis. 14. Venit princeps huius mundi: iuxta illud Iob. 41. Non eſt ſuper terram poteſtas, quæ comparetur ei. Princeps philoſophorum nil aliud eſt: q̃ inter philoſophos prĩcipalis. Ex iis infertur ſereniſſime prĩceps quod cum princeps non ſit magiſtratus nec ſit abſolutum nomen: nequaq̃ (ſi libet latine loqui) te principem appellabimus: niſi quorum ſis princeps aut ſubiecerimus, aut ſaltem intelligamus. Nec Hiſpaniarũ item orbiſq; noui te principē nuncupabimus: cum neminē qui ſit latine loquutus: ſic fuiſſe locutũ obſeruauerimus. Te ergo iuuẽtutis ſereniſſime princeps (ut tandem quod ſentio dicam) noſtræ iuuẽtutis principem nominabimus. Sic locutus eſt Aelius Lampridius de imperatore Cōmodo loquens. Cooptatus eſt (inquit) Cōmodus inter tres principes iuuentutis. Operis titulo ut cumq; iam membratim excuſſo: ad quoſdam eiuſdem operis obſcuriores locos deo ductore præuio enucleandos accingar.

SCHOLIORVM CANON.

¶ Cum ſingula folia ſint opiſtographa: prima pagina deſignatur litera. A. ſecunda uero litera. B. quibus nō prius procedentē foliorũ numerũ præſcribemus: q̃ utramq; paginā unius numeri cōfecerimus.

¶ Vatum crimine tectas. Folio. 5. A. idest poetarum incuria hucusq; intactas. Poetas incuriæ ac negligentiæ potius q̄z historicos incusat author: quia poetæ scriptorum sunt antiquissimi ut pro Milone Tullius asserit. Strabo etiam Geographiæ libro primo ostendit poeticā facultatē omnes disciplinas antecessisse. ubi ait. Quod primum ante omnia apparatus ipse poeticus processit in mediū. Deīde quæ carmine cōtinebātur, cū homines metrū soluissent, oratione soluta enūciarunt: cuius præcipuos authores ibidem tres nominat Cadmū Milesiū Pherecidem Syrū & Hecateū. Sed et nos Strabonis sententiam hac ratione suffulciamus: qua metrū oratiōe soluta antiquius esse liquebit, quod sic patet. Natura quātum in se est, aspirat ad bonū ac tendit ad perfectionem: carmē est quædam certa locutio legibus certis constructa: oratio soluta est quædā metri corruptio & quasi legis solutio: non ergo intenta est a natura: quæ cuiusq; rei perfectionē operari conatur. sed introducta fuit soluta locutio ab hominū placitis: qui sicut rebus abuti inceperūt: certa naturæ lege cōstrictis uerbis non pepercere. Præterea idest homini naturalius: quod illi facilius inhæret diutiusq; postq̄z optentū est perseuerat. id de carmine nulli non innotescit: facilius enim memoriæ mandatur: tardiusq; [illegible]iteratū excidit: est ergo metrum homini natura:

lius, subindeq; antiquius q̃z sit oratio soluta. quae et tardius excipitur: et citius ut pote fluctuãs mẽtibus excidit. Postremo cum homo sit animal rationale, quia rerũ rationẽ habeat: cur uerborũ rationẽ [illegible] re non debeat affirmare nõ ausim. Recte igitur poetas potius incuriae uicio: quã alios scriptores poeta noster incusat: quia hos potissimũ ex omni scriptorum genere argumentum uelleris aurei carminibus illustrasse decuit. ¶ Si musa uocat si uerus Apollo. Musa est quidã furor poeticus ad tẽpus ea quae humanitus attingi nequeunt, quasi diuinitus (ut sic dixerim) suggerẽs ac ministrans. Dimissis alijs deductionibus ueram etymologiã in Hymnis Orpheus assignat: cum musas quasi melusas per syncopã dictas existimat. unde musam graece latine concẽtricẽ sonare hac Orphei etymologica ratione dicemus. Furor enim poeticus musarum cãtilena illustratur. hinc. 2. lib. de diuinatione ait Cicero. negare Democritũ quemq̃z poetã euadere sine hoc furore, qui ad tẽpus poetã illustrat. illius sentẽtiae subscripsit Ouidius, qui de arte lib. 3. Est deus (inquit) in nobis agitante calescimus illo. Sedibus aethereis spiritus ille uenit. Vnde huiusmodi furori diuino turpia nõ ascribentur, iuxta illud sane Propertij lib. eleg. 2.

Queritis unde mihi toties scribantur amores:
Vnde meus ueniat mollis in ora liber:

Non hæc Calliope non hæc mihi cantat Apollo.
Ingenium nobis ipsa puella facit.

Largitionibus præterea optinere consuerũt amasij quẽta carminibus nõ potuerũt assequi. id quod lib. 2. de arte asserit Ouidius his uersibus.

Ipse licet uenias musis comitatus Homere:
Si nihil attuleris ibis Homere foras.

Herodotus suæ historiæ nouem libros nouem musarum nominibus inscripsit. Primum librum Clio dedit, secundum Euterpe, tertium Thaliæ, quartum Melpomene, quintũ Terpsicore, sextũ Erato, septimũ Polymniæ, octauũ Vraniæ, ultimũ Caliope. harum musarũ etymologiã ex quinto Diodori Siculi libro decerpes. Qui libro primo de Osiri loquens ait. Quod ipsum ad æthiopicũ bellum proficiscentẽ nouem puellæ lyricinæ & cõcentrices sequebantur. Quas deinde græci musarũ nomine nũcuparunt. Augustinus de doctrina Christiana libro secũdo Marci Varronis testimoniũ citans asserit: quãdam Græciæ ciuitatẽ in tẽplo Apollinis tres puellarum lyricinarũ imagines dedicare cupientem tribus plastis eiusdẽ artis miris artificibus emulationem proposuisse: ut cuius imagines ad uiuum essent magis expræsse: illum palmam brabiumq; cæteris erepturũ. Cum ergo omnes ita apposite imagines effinxissent: ut uel ipsi Momo placerent: placuit om

nes nouem Apollini dedicari. Eumenius Gallus in oratione pro restaurandis scholis, ciuitatem illam Ambraciam fuisse dicit. Aedem (inquit) Herculis musarũ in circo Flaminio Fuluius ille nobilior ex pecunia censoria fecit, non id modo secutus ꝙ ipse literis & sũma poetæ amicicia duceretur: sed quod in Græcia cũ esset imperator: acceperat Herculẽ Musageten esse: idest comitem ducemqꝫ musarũ: idemqꝫ primus nouem signa hoc est omniũ camœnarum ex Ambraciẽsi oppido translata sub tutela fortissimi numinis consecrauit (ut res est) quia mutuis operibus et præmijs iuuari ornariqꝫ deberent, musarum quies defensione Herculis & uirtus Herculis uoce musarum. Hæc Eumenius, qui uixit tempore constantij imperatoris. Pollicetur itaqꝫ author, se uelle pandere res altas: si musa uocat. idest si uerus furor poeticus sublimiũ rerum claram noticiã suggesserit. ¶ Si uerus Apollo. idest si ingeniũ uere poeticum ut tandem erumpat, incitauerit. non autem falsus Apollo, qualis cõtingere solet ijs, qui inuita Minerua calamũ ad scribendũ arripiunt. quos (ut satyra 7. ait Iuuenalis) scribẽdi tenet insanabile cacoethes. Illa nanqꝫ poesis quæ (ut in quarta satyra primi libri ait Horatius) a sermone mero nõ differt, nõ debet censeri poema: neqꝫ enim (inquit) concludere uersũ dixeris esse satis, neqꝫ siquis scribat uti nos.

¶Pegasidũq; lyras.&c. idest si uerus Apollo iubet me aperire musarum lyricinarũ cãtica,& resoluere idest aperire famã mutã.s.uelleris aurei:q̃ ideo muta perhibetur:quia Thoisonis insignia argumẽtum insigne alioqui tam diu tacuit. Quid uero de Pegaso poetæ scripserit,notius est q̃ꝫ ut hic debeat explicari. De illo tamẽ (si uacauerit) lege librũ sextũ Homeri Iliados.& Strabonis librum octauũ,& librũ. 5. Meta. Ouidij.& Higinij caput. 17. lib. 2. astronomicõ. Soliniq;. 12. caput. ¶Præfulgidus auro idest arietis aurea effigies quam Thoisonis milites gestant ex annulata catena pẽdentem. ¶Rex Charolus. huius nominis quintus, pater tuus inq̃ꝫ MAGNE Philippe,orbis dictator. ¶Verendi ordinis idest militiæ Thoisonis,quam militiam hostes uereri debent:quia est sacer ordo,ut pote a re sacra hoc est a uellere Gedeonis originem trahens. ¶Magni Philippi. huius nominis secundi. Is fuit filius Ioannis Burgũdiæ ducis: qui Philippus instituit ordinẽ Thoisonis sub Diui Andreæ tutela: ut latius in lib. 3. explicabimus.interim tamen hoc simus cõtẽti:ꝗ hic Philippus fuit pater Charoli proaui materni nostri Cæsaris Charoli quĩti. ¶Castalios latices idest o nymphæ Meoniæ.i. lydæ quæ Meandrũ fluuiũ incolitis: fundite in pectus meum aquas fontis Castalij:qui est in Bœothia musis sa-

cer:iuxta quē interemit Apollo serpentē Pythonē. Meminit huius fontis Plinius cap.3 lib. 4. & Solinus cap. 12. Lege etiā si placet Statiū libro primo. Sed hoc in loco aduertendū est: quod poetarū more nymphas pro musis inuocat: qua etiam licentia locum pro loco posuit. Nymphas enim Mæonias in Lydia esse nemo ambigit. Cum (ut ait Plinius) capi.29. lib. 5. Lidia perfusa flexuosi amnis Mæandri recursibus Mæonia fuit appellata. ¶ Diuūqz liquorem idest diuinā influētiam seu inspirationem in carmina Burgūda idest ad scribēda carmina de militia principis Burgūdi. Quæ res quia sacra est, ut pote Gedeonis uellus referēs, quasi iam profanarum musarū in re sacra desperans opē, ad charites hoc est ad theologicas uirtutes cōuertit sermonē, ut pote rem sacram enarraturus. ¶ Mosus Eritbrei. Iam hinc iuxta Horatij præceptū a satis noto principio rem exorditur. Descripturus nanqz uictoriā Israelitico populo diuinitus Gedeone duce concessā: ut ex signo uelleris pro uictoria optinēda impetrato, ad Thoisonis militiam (quæ illo uellere suffulcitur) gradatim explicandam accedat: multa prælia prænarrat: quibus Moysi Iosueqz ducibus Israeliticus populus innumeras gētes uirtute dei profligauerat. Dimissis ergo multis uirtutibus signis atqz miraculis (ne altius quam oporteret a gemino ou

quod in poetica Horatius prohibet) notissimã exordiretur historiam: dimissis inquam quæ a principio Geneseos usq; ad maris rubri trãsitum Moses recensuit: anteq; ad Iosue ducatum breuiter etiã recensendum perueniat, breuissimo cõpendio perstringit omnia Moysi gesta a capi.14.exodi usq; ad caput.40.quod est ultimũ.præteritq; sub silẽtio totũ Leuiticũ, librumq; Numerorũ ac Deuteronomiũ. Annectitq; finem libri exodi principio libri Iosue. Cui breuiter etiam perstricto adiunxit librum Iudicum usq; ad caput octauũ. ¶ Molẽ Erythrei profundi.i.aquarũ multitudinẽ maris Arabici. Quod rubrũ appellant: non ꝙ aquas rubri coloris habeat, sed dicitur rubrum a rege Erythra qui mari suũ nomen imposuit. erythras enim lingua græca ruber interpretatur. Philostratus libro.3.de uita Apollonij ait hoc mare uehementer esse cæruleũ. Quintus Curtius libro.7.a cæteris æquoribus colore non abhorre contendit. Arrianus Nicomedensis quem Xenophontem minorem dicunt: in maris rubri lustrationibus idem asserit. Solus plinius est & illius simia Solinus, qui a colore denominatum dicãt. Quorum ille lib.6.cap.23.non solum ab Erythra rege, sed talem etiam reddi colorem ex solis repercussu ex aliorum opinione tradit. Hic uero cap.46.ex sententia Varronis nõ tam a rege Erythra Persei et Andro

medæ filio, q̄z a colore denominatum affirmat. De transitu maris rubri lege.14.exodi caput. Arentes Arabes propter aquarū inopiā appellat.unde cum in Arabia deserta sitiret populus, Moses iussu dei petram mōtis Oreb uirga percussit:et tam largiter inde profluxit aqua: ut populus non sitim sedarit modo, sed grandem alueum profluere passus esset.id quod subsequentibus carminibus notauit poeta.

¶ Moses rursus suscipit cateruam pastam diuino pane idest māna seu Manhu. Sic enim Israel filij dixerūt:ut exodi.16.cap.patet. Suscipit inq̄z turbam illam, appositorie dona ingentia dei. quia ex dono dei Manna in Arabiam desertam pluuit. ¶ Epotans caute liquores. Folio.10. A. idest sitim sedans aqua ex Oreb mōte percussa petra largiter profluēti.ut.18.cap.exodi scribitur. ¶ Votum infractum idest fidele, quia quā in deum habuit fiduciā Moyses nunq̄z amisit. ¶ Ortus Iordane tuos idest referebat uotum infractum o Iordane ad cāpestria occidentalia, quæ tu irrigas. Iordanis habet duos, quibus oritur, fontes Ior & Dan, ij erumpūt ex Libano monte. qui tamen cū in plana descenderūt, in eundem alueū corriuantur, cum insuper hinc inde ex tota regione riuos fluuiolosq; absorbeat, tā late patet ut nō sacris literis solū sed profanis etiā celebratissimus habeatur. a suis fōtibus trahit aquā præcipuā

Vnde utriusq; fontis nomen in unũ coalescens Iordanis cœpit cognominari. Replet deinde grãdem sinum ĩ Gallilea, subindeq; mare Gallileæ dicitur. unde angusto alueo rursus egrediens iuxta Tiberiadẽ ciuitatem mare quod dicitur Tiberiadis facit in uallem amplam expansus. inde iterũ longo alueo erũpens multas urbes præterfluens, exit tandem in longum lacum, quod mare mortuũ seu Sodomorũ appellant. Huius Iordanis Strabo lib. 16. & Solinus. cap. 48. meminerũt. In alio uetustiori exemplari legi hortos. ut sit sensus ad hortos idest ad cãpestria ripis Iordanis adiacẽtia: quæ adeo uberrima sunt: ut præter id quod ibi erat terra promissionis: authores habeo, qui dicãt ibi paradisi terrestris sitũ fuisse. Ptolomeus etiam oppidũ amœnissimũ nomine paradisum ibidem locat. uide. 4. Asiæ tabulam.

¶ Regnabat ouans. Messozeugma est. significat enim quod nõ solum tẽperamentũ aeris regnabat in terra promissionis: sed oleũ etiam meriũq; ouabat, quæ ideo cũ ouatione regnare dicuntur: quod ad tantam terræ fertilitate copiam accrescunt: ut tam feracis soli fructus supra omnes regiones circũiacentes quasi ouationem (quæ triũphi species est) agere uideitur. Subiũgit statim per figuram appositionem. Mella Sionei. quasi dicat in terra promissiõis trãs Iordanem occidentem uersus, erat tanta olei uiniq;

copia:ut ouationem triũphũ ue agere posset:si cum reliquis regionibus hinc inde adiacentibus descenderet in fertilitatis certamẽ. sensus ergo est in cãpestribus Iordanis regnabat maxima cœli idest aeris temperies ouans.i.exultans.regnabat item ibidem oleũ ouans & merũ ouans, appositorie mella.i.quæ credũtur esse mella, difusa.i.passim dispersa, per æquora.i. per planicies, cãpi Sionei .i. Hierosolimitani. Sion enim mons sanctus est, in quo castellũ quo ab hostium expugnatione Hierusalẽ defendebatur situũ esse nulli nõ innotescit. In hoc uidetur poeta nostras alludere ad illud quod Numerorũ.13.scribitur:quãdo misit Moyses duodecim exploratores ad explorandã terram Chanaã. Vnde exploratores reuersi attulerũt in uecti botrum uuæ tantæ magnitudinis: ut duo uiri portare uix possent.unde illam esse terrã dixerunt, quæ flueret lacte & melle. ¶ Proximus Enachijs iã (inquit poeta) Moyses erat proximus Enachijs. Iam aptabat lacertos quibus sacra faciebat, ad sancta prælia quæ authore deo gerebat. Iam iam bellum illaturus erat Enachijs: cũ summa decreta.i.diuina consilia uocant cum alio .i. ad mortem. Quia non datum fuit Moysi transire Iordanem:ut Enachijs bellũ inferret. Ipse castrametatus erat in campestribus Moab:ubi scripsit Deuteronomium ibiq; tandẽ decessit.ut.24.et.25.Nume.et.13.et.34.

Deuteronomij facile apparet. Enachij sũt gigãtes, quos hebrei alio nomine Philisteos appellãt: latini uero Palestinos. Horũ terram et sitũ exploratores Moysi perlustrarũt: ut Numerorũ. 13. patet, ubi inter alia q̃ retulerũt, est id quod subijciam. Venimus (inquiũt) ad terrã ad quã misistis nos, quæ re uera fluit lacte & melle, ut ex his fructibus cognosci potest. Sed cultores fortissimos habet & urbes grãdes atq; muratas. Stirpẽ Enach uidimus ibi. & Paulo infra subditur. Inter hoc Caleb compescẽs murmur populi, qui oriebãtur cõtra Moysem, ait. Ascendamus et possideamus: quoniã poterimus optinere eã. Alij uero qui fuerãt cum eo dicebãt. Nequaquã ad hunc populũ ualemus ascendere: quia fortior nobis est. detraxerũtq; terræ quã insperabãt, apud filios Israel dicẽtes. Terra quã lustrauimus deuorat habitatores suos. Populus quẽ aspeximus, proceræ staturæ est. Ibi uidimus monstra quædam filiorũ Enach de genere gigãteo: quibus cõparati quasi locustæ uidebamur. hæc ibi: quibus sensus carminis clare patet. Aduertẽdũ tamen Enach esse genitiuũ singulare. in plurali dicitur Enachim. i. gigantes: quos deleuit Iosue. ut eiusdem. 11. cap. scribitur. ¶ Succedit Iesus. i. Iosue. eisdem nanq; scribitur literis quibus Iesus punctis tantũ mutatis. unde utrũq; nomẽ saluator interpretatur. Succedit (inquit) Iosue. i. in Moy-

ſi locũ ſufficitur: ut Iſraelitico populo ducatũ præbeat.ut patet Nume.27.et Deute.1.et.31.et Ioſue.1. ¶ Supero enſe,authoritate dei collato. nefandas.i. idolatras. ¶ Septenaqꝫ nomina Diti chara. Quæ ſint illa idolatrarũ gẽtium nomina Plutoni dilecta, oſtẽdit caput Ioſue.3.ubi ſic ſcribitur. In hoc inquit ſcietis,quod dominus deus uiuẽs in medio ueſtri eſt & diſperdet in cõſpectu ueſtro Chananeũ et Etheũ et Eueũ & Pherezeũ Gergezeũ quoqꝫ & Iebuſeũ et Ammorreũ. Ex ijs ſeptẽ gẽtibus duas dũtaxat author nominauit. Has omnes gentes potẽs armis Ioſue uicit ut ſequẽtibus capitibus patet uſqꝫ ad.12.in quo collectiue omnes cõnumorãtur. ¶ Per ſiſtẽtis ideſt Ioſue duxit natos iuniores et patres grãdiores ad paſcua promiſſa a deo Moyſi terræ melliſluæ: de qua ſcribitur. Nume.13.per aquas.i.per alueum aquarum. fluuij.i.Iordanis ſiſtentis.i.ſtantis ut Ioſue.3.& pſal.113.ſcribitur.et duxit per marmora.i. per duodecim lapides. appoſitorie ſigna magni dei. de quibus lapidibus Ioſue.4. ſic ſcribitur. Vocauit Ioſue duodecim uiros,quos elegerat de filijs Iſrael, ſingulos de ſingulis tribubus,& ait ad eos. Ite ante arcam domini dei ueſtri ad Iordanis mediũ:& portate inde ſingulos lapides in humeris ueſtris iuxta numerũ filiorum Iſrael,ut ſint ſignum inter nos. Et quando interrogauerint uos filij ueſtri cras dicẽtes.

Quid sibi uolunt isti lapides, respondebitis. Defecerunt aquæ Iordanis ante arcam fœderis domini, cũ trãsieret eum. hæc ibi. ¶ Clamore uirum. Iosue extendit .i. strauit & complanauit soloqz coæquauit. Iericon.i. urbem Iericuntem. quæ sita est iuxta illum Iordanis locũ, ubi Christus redẽptor noster a Ioanne fuit baptizatus. Extendit (inq̃z) arena pauida.i. solo pauido per metonymiã figuram. Quia ipsi habitatores pauidi erãt: ut Raab meretrix exploratoribus a Iosue missis prædixit. Etenim (inquit) irruit in nos terror uester, & elãguerunt omnes habitatores terræ. & in eodem capite. 2. Iosue. Nec remãsit in nobis spiritus ad introitum uestrum. Deuotã Ierichon.i. domino decretam & addictam. Deuouere enim nõ semper significat execrari aut male dicere: sed aliquãdo significat per sacrificium addicere. Vnde idem est deuotũ esse, quod per sacra addictũ esse. idẽqz est deuotio quod addictio. Quod uero Iosue Iericũtis exuuias domino addixerit. sic Iosue. 6 scribitur. Sitq; ciuitas hæc anathema, et omnia quæ in ea sunt domino. Anathema.i. repositio ab anatithimi, quod repono interpretatur. Deuouit ergo Iosue quod omnia spolia Iericuntis reponerẽtur.i. seorsum separarẽtur ad tẽpli dominici ornamẽta. Quod autem anathema nõ semper in malam partem accipiatur: patet ex illo ad Romanos cap. 9. Optabam

(inquit apostolus) ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis.i.optabā separari a Christo ad tempus per dilationem gloriæ, ut intenderē animū fratrum meorum cōuersioni. Id clarioribus uerbis diuus Martinus dixisse fertur. O dñe (inquit) si adhuc sum necessarius ecclesiæ tuæ: non recuso laborem. ¶ Ac fraterna pias. &c. de Idolatris gentibus a Iosue uictis, quarū urbes duodecim tribubus per sortes suas Iosue dei iussu distribuit, lege a. 13. capite Iosue usq; ad. 19. eiusdē, in quibus de diuisione terræ promissionis copiosissime scribitur. hāc terram uocat poeta cāpos Assyrios, quia (ut Strabo lib. 16. ait) Assyria late patet. ī hac est Syria, et in Syria est Iudea: quæ fuit terra promissionis. uide. 4 et. 5. Asiæ tabulā Ptolemæi. ¶ Iudas. &c. de ducatu Iuda qui cū fratre Simeone Chananeos et Pherezeos fuderit tributariosq; fecerit, lege primū caput Iudicum. Hoc Iuda præbente ducatum pax fuit in Israel, propterea poeta ad morem Romanorū alludens, qui tempore pacis templum Iani claudebant: ubi arma publica seruabātur: dicit q̧ Iudas delectus dux belli uoce dei.i.iussu dei qui in israel notus erat. de quo. psal. 75. notus in Iudea deus. clausit fera.i.feralia et mortifera limina armiferi Iani. ¶ Ab quoties. &c. Lōga poetæ exclamatio, qua in desides & luxuriantes inuehitur. quia sæpe a luxu in ocio uin-

cuntur: qui in bello ferocientes hostes profligare con sueuerũt. Hoc ideo cum exclamatione poeta deplorat, quia cum per armorũ desuetudinẽ in luxu et delicijs Israel uitã degeret: dominũ dereliquit: idolaq; coluit Baal & Astaroth. subindeq; in manus hostium finitimorũ iustissime traditus fuit. Qua afflictione depressus de profundis clamauit ad dominũ. qui suscitauit illis Othonielẽ & Aiot, qui ab hostibus Israeliticũ populũ liberauerũt. lege. 2. & . 3. cap. Iudicum. ¶ Vltor adest. i. Chananeus et Philisteus & Sidonius, quos ut erudiret Israelem, delere dominus noluit. ut Iudicũ. 3. scribitur. Is ergo hostis ultor scelerum israelis, tũc potuit uertere sensus iniquos idolatriæ deditos, cum luxus erat. i. cum israel in delicijs colebat Baal & Astharoth. & cum nullæ tubæ rũpebant somnos israelis: ut ad prælium progrederetur. Sed erat ingẽs sopor. i. lõga desidia per israelis animos nõ læta rebus ueris, sed imagine rerum, quia quæ bona putabat, erant illi perniciosissima, propterea dicit itũ esse ĩ omne nefas ab Israele. ut. 2. et. 3. Iudicum patet. ¶ Siccatũ ad Nerea. fol. 6. A. Commemorat causas perditionis Israelis: quia tradidit obliuioni omnia beneficia, quæ in illũ deus cõtulerat, ex quo illi mare rubrũ aperuit, cũ unda cadẽs super exercitum Pharaonis summersit equũ & ascẽsorẽ. ut Exodi. 14. legitur. ¶ Nubis flãmeq;. i.

immemor quod (ut.13.Exodi scribitur) dominus praecedebat eos ad ostendendā uiam per diem in columna nubis, per noctem uero in columna ignis. De Māna seu Manhu quod author in hoc loco cibum appellat, lege.16.cap.Exodi. ¶ Sumæ dextre.i.omnipotētis, quia Moyses Iosue et Iudas in manu dei hostes profligauerant. & sic restabant.i.supererant et euadebāt uictores cōtra arma hostilia. ¶ Tartareos Ioues.i.dæmones. æthereas expellit aues.i.nō credit āgelis nūciātibus, ut Iudicū.2.scribitur. Hoc metaphorice dictū est, sicut enim per auspicia credebant gētes numinis uoluntatē percipi posse, ita dei nūcia et inspiratiōes poeta nominat aues æthereas. ¶ Cui certa.ordo est.cui patri est certa cura uirorū ¶ Bethsamidis urbē.i.ad cœlū, qa Bethsamis de qua scribitur Iosue.15.et.1.re.6.iterpretatur domus solis seu domus illuminationis. ordo est, qui cupiat reserare suis urbē Bethsamidis etc. ¶ Cōfisus auis .i.potētibus progenitoribus hoc est diuitijs a maioribus illi relictis. De Madianitarū bellica expeditione qua Israelē oppressit dei iusto iudicio lege. 6. et.7.ca.Iudicū.ut hūc locū facile intelligas nō aliter percepturus. auis syrijs.i.auorū opibus, qbus maximā belli expeditionē Madianus hostis seu Madianita ualuit cōparare. Auersaq; nuīa.i.dei fauorē qui propter idolatriæ pctūm auersus fuit ab israele;

Septennis solibus idest solaribus cursibus solis motu proprio exactis. hoc est septem annis. Tot enim annis seruiuit Israel Madiano. Turmis auernis. B. idest idolatris. Nam quamuis idolatræ essent Madianitæ: atrocius erat Israelis crimen, ut pote qui cũ deum se nosse fateretur: idola tamen colebat. subindeq; manu idolatrarũ grauiores idolatras deus ulciscebatur. Ante scelus. i. coram scelere. si sic loqui licet. hoc est cũ israel idolatriæ scelus perpenderet, ita grauiter peccasse cognorat, ut ueniam cõsequi desperaret. ¶ Furias tricornes. i. triplici potentia armatas, qua inferis et mortalibus et superis nocere nitũtur. ideoq; tribus nominibus cognominãtur apud inferos Canes, apud homines uero Eumenides, apud superos autẽ Diræ. & (ut Theodôtio placet) quartũ nomẽ apud littorales adipiscuntur, a quibus Arpiyas asserit appellari. Has Acherontis & noctis fuisse filias poetæ sunt fabulati. ¶ Laruarũq; preces. q; pro quia, ut est illud Ouidij. 8 meta. ferrumq; Diana uolanti abstulerat iaculo. laruarum. i. statuarum & idolorũ, quorum opem idolatra populus deprecabatur illisq; humiliter supplicabat. tuo monte idest in eo in quo ante populus tibi o deus omnipotens et nõ Baalo sacrificabat. ¶ Monstra gigantũ Fo. 7. A. quãuis scribitur. 13 idest per medios gigãtes, qui homines mõstrosi erant, quiq; Enachim he

braice dicũtur, quorũ fit mentio Numerorũ.cap.13. et Iosue.cap.11. ¶ In tua tela bonum.i.nos nati tui adoptiui expóscimus te unũ bonũ.i.propiciũ.in tua tela.i.cõtra arma hostilia:quæ ut nos bis pœnis erudias, tuo fauore in nos iuste torquentur.ut.3.cap.Iudicum liquet. ¶ Purgabat fercula.i.frumẽta cribrabat:ut acera excuteret. lege caput 6.Iudicum, ut hoc clare percipias. ¶ Aduersi castri cornua. Madianus exercitus in duo cornua, quæ alæ dicuntur, ordinatus esse dicitur aduersus Israelem præliaturus, unde Israelitici iam lassi propter uastationem agrorũ latibula quæritabãt.lege totum.6.caput Iudicũ.ubi congressum angeli cum Gedeone in Ephra legens totum hũc locum percipies. ¶ Territat igne minax. Quod hebreos igne deus territauerit:ut eos a dijs alienis auocaret ĩ aliquot locis apparet, sed præcipue Numerorũ.11.et.16.et.21. Deuteronomij uero cap. 32 in quo deum concitatum & ad iracundiã prouocatum esse scribitur. quia populus ab illius uero cultu discesserat.id significat author cũ ait. Inuerso motus amore. Quæ locutio haud dubie est metaphorica. Deum enim immutabilem esse liquet. ¶ O si nugas.i.utinam in hoc mẽdax essem, sed heu me, quia uera dico. cum canes.i.gentes, quæ deum non nouerunt, gentem nostram a deo supra omnes dilectã uastauere. ¶ Horrificas facies.i.terriculamẽta et no-

ctium phantasmata, quæ noctu uigilantibus appa
rere feruntur. cuiusmodi facies in eo certaminis cã-
po, quo strages edita fuit: prætereũtibus obuiare as
feruntur. ¶ Nostris poetis.i.prophetis.estq; trala
tio reciproca, sicut enim pro poeta uatẽ, ita poetã
pro uate seu propheta dicimus. ¶ Tot libris dige-
sta sacris. Testamentum uetus digeritur in quinq; li
bros legales et.19.historiales et.5.sapiẽtiales et.18.
propheticos. ¶ Intrepidi, qui metu hostium tacere
modo coguntur. ¶ Pharias catenas.i.seruitutem
Aegyptiã. ¶ Lybico uelut æquore.i.planicie are-
nosa Lybiæ. Quia sic gens Hebræa transiuit diui-
no numine mare rubrum, quasi lybiã arenosam, su
bindeq; siccã per transisset. ¶ Desertisq; locis in
Arabia deserta, ad quã mari tranato primũ appu
lit. ¶ Spem super. Anastrophe est.i.supra id quod
sperare auderet. fercula cœlestia.i.mãna. gratã famẽ
de se grata fames non est: sed quia ex fame iucũdior
est sapor. ¶ Ductor.i.Moyses. icta.i.percussa. sic
enim icere, sicut fœdus percutere dicimus. ¶ Nox
ultima. exaggeratio est, quasi iam essent in morte.i.
ipse deus pius qui omnia curat. ¶ Efflebat fol.8.
A. idest rigabat oculos abundantibus lachrymis.
¶ Timet ille. Gedeon. dominũ.i.angelũ in persona
domini loquentẽ. Consortia.i.auxilia bellica cõtra
Madianitas. ipse. ego. agor.i.numeror. ter plura.i.
maxima. lupatis.i.frenis. carcere rupto.i.ĩferni clau

stris reseratis, indeqz patriarchis alijsqz sanctis uã ris eductis. ℭ Elusis mõstris. b. i. dæmonibus uictis noua sæcula. i. nouo euãgelij cultu celebrata. biantia cornua. i. christus cũ subiugauerit sibi orbẽ nõ ductabit more ĩperatoris cornua. i. alas exercitus ad cõplectẽdos hostes nimis expãsas. nec ductabit quadras catervas. i. quadrato agmine gradiẽtes. sed rudibus inermibusqz discipulis iussit prædicare euãgeliũ & sic faciet eos cõflare tonitrua, quia prædicatio apostolorũ exiuit in omnẽ terrã, adeo ut lõgius q̃z tonitrua exaudirẽtur inermiũ apostolorũ uerba, quorũ filij dicti sunt diuini uerbi cõcionatores in apostolorũ locũ suffecti, iuxta illud sane psalmographi. Sicut sagittæ in manu potẽtis ita filij excussorũ. Apostolos propheta excussos appellat: ut pote q̃bus dictũ sit. Eũtes in mũdũ uniuersũ. &c. predicatores uero filios excussorũ. ℭ Per Bethis aq̃s. Quattuor orbis partes designat quas Christiana phalãx fortis euãgelicæ prædicatiõis uerbo subiugabit. per Bethĩ fluuiũ Vãdaliæ, q̃ ab ipso flumine Bethica noĩatur: occidẽtẽ intilligit. Per fulmina. i. calores meridionales Austri tepẽtis intelligit meridiẽ. per Euros auroræ finibus uagãtes oriẽtem. Per axes Hyperboreos. i. per polũ Arcticũ, q motibus septẽtriõalibus correspõdet, septẽtrionẽ significauit. ℭ Primis a p̃ribus. i. ab Adã et Eua mẽtis cæcitas originẽ trahit, q̃ . . . dicitur fumida quasi sic nubiliosa, ut ueritatẽ cernĩ

non sinat, adeo ut phantasmatibus & falsis imaginationibus sensus nostri decipiantur. ¶ Te cuncti potentem. i. o pater da signum; per quod ego cognoscam te, qui mihi loqueris, esse cũctipotentẽ. i. deum omnipotentẽ. hoc est da mihi signũ per quod cognoscere possim, te, qui mihi loqueris, esse uerũ deum et non aliquod phãtasma, quod meum sensum eludat. Sic Gedeon Iudicum. 6. dixit. Si inueni (inquit) gratiam corã te: da mihi signũ, quod tu sis, qui loqueris ad me. ¶ Ad quercum. i. Gedeõ deo in sacrificiũ obtulit hædũ & panes azimos. ad, idest apud quercum, quæ erat in Ephra. ubi Gedeon angelum expectantẽ reliquerat quousq; ipse rediret. ¶ Caute super. anastrophe. i. in caute hoc est super petram, quã illi angelus indicarat. & inuersa olla ius, quo coxerat hædũ, superne diffuderat. ¶ Artus sacri fol. 9. A. idest carnes hædi iam deo sacratæ exarsere igne diuinitus superne misso. ¶ Tenuere cœlũ. i. in altũ ascenderunt uapores hædi carnibus & panibus azimis sacro igne cõsumptis. ¶ Inquit scilicet angelus o Gedeon uides aras Baal in luco. ¶ Mœchatosq; uiros. i. Israelitas uera unius dei religiõe spreta idolis sacra facientes. unde quasi cum diis alienis adulterantes mœchari dicuntur. ærato dæmone. i. armato fraudibus quasi armis æreis. signa sumæ fraudis per appositionẽ. uides inquã omnia hæc apposito:

rie signa sumæ fraudis. ¶ Saxis Gedeō.i.o Gedeon genu forte.i.uiri fortis non claudicet.i.non flectatur istis saxis.i.statutis Baal saxeis. Te ergo o Gedeō decet cōcurrere dentibus uisi apri.i.ita statuas aras qz prosternere, ac nemus succidere, quasi in hac uastatione ac demolicione nō homo sed aper uisus esses. Ambas dextras.i.totas uires quasi non unius tātū dextræ, sed quasi ambidexter esses: sicut Aiot qui (ut Iudi. 3. scribitur) utraqz manu pro dextra utebatur. qui propterea in eodem capite saluator dictus est, quia Eglon regem Moabitarū qui captiuitate Israelem oppresserat, occidit ¶ Pro Ioue.i.pro uero deo. Hoc est in obsequium dei. Allusit ad uocabuli etymologiam, qua Iuppiter iuuans pater interpretatur. gemmata.i.stellis cœlata & quasi sculpta. ¶ Cherubica organa.i.cantica cherubī. respexit ad illud sacræ præfationis cherubim quoqz ac seraphī illud item alterius præfationis. Cum quibus & nostras uoces. ¶ Illi sit socius.i.tauro patris tui adiūge alterū taurum illi socium. qui taurus sit septem annorum. ¶ Genitoris.i.patris tui Ioe. Ioas enim Gedeonis pater nominabatur. ¶ Tua hostia.s.hædi cocti et azimorū.i.in hac petra construe aram domino, in qua hostia tua ebibit.i.contraxit flammas perpetuas.i.cōtinuatas, quæ non prius extinctæ fuerunt, q̄z totum sacrum combustum fuit. taurū secun

du.i.septēnē. ¶ Bis quinq; uiros. B.i.Gedeō (ut in eodē.6.Iudi.scribitur) assumptis decē uiris de seruis suis fecit sicut per angelū dn̄s illi præceperat. Timēs autē domū patris sui et illius ciuitatis homines per diē facere noluit, sed omnia nocte cōpleuit. ¶ Fando.i.per improperiū et cōtēptū nūcupādo.quatit excutit ab aris nomina sancta.per ironiā, execrabilia. Et forte nō a uero sensu dissideret, si ī ultimo carmine nō noīa, sed numina legeremus. Vt Baali astarotiq; statuas intelligamus.id quod cū ueri dei iussu fieret, Plutonē (ut sic dixerī) īferni præsidē territauit.

¶ In librū secundū Scholia.

¶ Quam nox funesta.i.magis lætus dies illuxit, q̄; nox præcedens Baali confractione quasi funere dæmoni infesto futura apparebat. ¶ Destructa lacertis Gedeonis et decem uirorum, qui illum adiuuerāt ¶ Numinis altera signa.i.taurus septēnis deo uero sacrificandus. Quo.s.altari nouo.taurus iugulatione ritu hebreo facta indicat perijsse obliuia.i. in pristinum sacrorum ritum hebream gentem deo ingratam redijsse tandem. ¶ Aronidas faces.i.hebrea sacra, quæ sacerdos Aaron frater Moysi facere consueuerat. & duplex.aa.per synæresim coalescit ī unū ut sit Aronidas pro Aaronidas. ¶ Stridere, quia dæmones factum Gedeonis ægre ferētes, cum loqui non possent stridore suos cultores terrebāt. ¶ Supe

ris.i.dijs inferis gratia metri superos pro inferis po
suit. ¶ Comites fol.10. A.i.suos hoc est nos omnes
qui ex eadē gente sumus o Ioas. mactemus.i.sacrifi
cemus. Ilicet.i.scilicet & nunquid legtiturq; ironice:
charis.i.charitas hoc est gratia, quā optinere te spe
ras. ¶ Accēsaq; fulmina.i.si tāgūt te fulmina, quæ
accensa sunt ad puniēda facinora illicita. ¶ Achor
erat. argunt ab exēplo, ut Ioas uelit Gedeonē filium
suū tradere: ut Iudei qui tunc Baalo seruiebant, eum
Baalo sacrificarēt. ne si de illo ultionē nō sumerēt il-
lis Baal succēseret, omnesq; simul perirēt, sicut mul
ti perierant propter furtū unius Achoris. Is Achor
& Achā ī sacris literis nominatur. fuit filius Char
mi ex familia Zare, quæ erat in tribus Iuda. Hic er
go in expugnatione Hiericūtis de anathemate.i. de
spolijs domino offerendis a Iosue repositis, abstulit
palliū coccineū & ducētos siclos argēti et regulā au
reā quiquaginta siclorū, propter quod lapidatus ab
uniuerso populo Israel in ualle quæ illius nomine di
cta fuit Achor. Ante uero q̄ illud iustū supplicium
de Achore sumeret Iosue propter præuaricationem
Achoris, fugit Israelitica phalāx a facie Haynorū
nō nullisq; interfectis ab Haynis, tātus terror inua
sit Israelitica castra, ut iā omnes animū despōderēt:
quousq; certiores facti præuaricationis, de Achore
pœnas expetiuerūt. Hæc oīa lege ca.7. Ios. et.1. pa.2

¶ Deuouere.i.morti addixere. Patres.non parētes ipsius Achoris, sed populi Israelitici seniores simul cum Iudice Iosue.crimine furti, pallij coccinei et 200.siclorū et regulæ aureæ:incautas turbas.i.phalangem trium millium pugnatorū, qui ascenderant ad expugnandam urbem Hay. numina.i.dei furor contra Israelē propter preuaricationē Achoris.humana piacula.i.sacrificiū hominis hoc est Achoris lapidatio.diuis cōmotis. poetice dictū.i.deo offenso crimine furti quod de anathemate achor abstulerat. ¶ Trade uirum.i.o Ioas concede nobis Gedeonem filium tuū, ut illum Baalo mactemus. Sanguinis ordo.i.nullus est generationis respectus in eū qui deū offendit.quia teneris potius offensum deum placare q̃z filij uitam tueri.quippe patrē, quia qui lædit numen, ledit certe patrem in numine, quod pater plus colere debet, q̃z filium defendere. ¶ Istud ipse probo.i.ex omnibus ijs quæ aduersus filium meum Gedeonē dixistis:hoc solum approbo uidelicet. Deus ipse manet, qui torqueat hostem.ipse meum.ibi debet esse cōma.ut meum referatur ad natum. nemus idest lucum Baali. ¶ Manibus conflata Typhœi poetice dictū.i.sinite uos, q. Baal si deus est, ut falso putatis, se ipsum uindicet.sinite illū iaculari fulmina fabricata manibus cyclopū Steropis & Brōtis & Pyracmonis, atq3 ijs immanioris Typhœi,

qui Etna Sicilæ mõte suppressus flammas & incen
dia montis euomere fingitur. ¶ Ecce Amalecheis
.i.omnes Amalechitæ & Madianitæ populi orien
tales congregati sunt ad Israeliticum populum ex-
pugnandum. Lege finem sexti capitis Iudicum.
¶ Qui quondam.periphrasis est Iordanis. Paucis
enim uerbis perstringit, quod.3.capite Iosue scribi-
tur latius de traiecto Iordane, qui stetit arca fœde-
ris trãseunte.pressaqꝫ expalluit unda. Dat sensum
rei inanimatæ, q̃si præ suma reuerentia et timore a-
qua palleret.cõdolet Abrami plæbes.i.israel doluit
ægreqꝫ tulit Amalechitas Madianitasqꝫ transisse
Iordanẽ, cum aduersus eos nullum ducem haberet,
quia deum iam pridem reliquerat, qui illis solitus
erat præbere ducatũ.idqꝫ significat poeta, cum ait.
Deus relictus.s.a Iudeis, cruciat hanc.s.plæbẽ.Hy
pozeugma est.Deus (inquã) cruciat, qui ductarat
parentes sacros.i.fideles Iudeos. fune supero.i.colũ
na nubis et ignis.ut cap.13.Exodi scribitur.Domi
nus præcedebat eos ad ostẽdendã uiam per diem in
columna nubis, & per noctem in columna ignis, ut
dux esset itineris in utroqꝫ tẽpore. ¶ Et meretrix
infanda.s.cruciat per figurã (ut iam diximus) hy-
pozeugma. nam deus cruciat.i.conscientia quam de
derelicto deo propter idola habebãt cruciat, & mẽs
facta meretrix deum.i.idolorũ cruciat.doli insidiæ.

Et nomina cuncta furorū.i.omnia peccata, quibus quasi effluebant Iudei, cruciant hanc plæbē. ¶ Cunctisqȝ exterritat horis in horas magis terrebatur, quo Madianitæ magis appropinquabāt. ¶ Cœstro aculeo. nocturnaqȝ tela.per castra Madianitarum, q̄ media nocte expugnauit ut patet Iudicū.7.capite. ¶ Personat ergo tubā. cap.6.Iudicum sic scribitur. Spiritus autem domini induit Gedeon, qui clāgens buccina conuocauit domum Abiezer, ut sequeretur se, misitqȝ nuncios in uniuersum Manassen, qui & ipse secutus est eum. Et alios nuncios in Azer & zabulon et Neptalin, qui occurrerunt ei. ¶ Manasæa sorte. fol.11. A. quia omnes tribus Israel per sortes acceperunt terram promissionis.ut patet legentibus a.13.capite usqȝ ad.19.Iosue. Domū.i.familiā Biezer: a quo nomine per figurā apheresim abscidit primā literam.nam(ut iam diximus)in.6.Iud.cap.nō Biezer sed Abiezer legitur. Quælibet tribus diuisa erat in familias & quælibet familia in domos, quælibet autē domus ī uiros ut.7.Iosue capite scribitur. ¶ Da signa precor.lege finem. 6. capitis Iudicum. ¶ Honori belli.i.honorati, conchamqȝ impleuerat unda. Iudicum.6.capite sic scribitur. Et de nocte cōsurgens(.s.Gedeon)expresso uellere conchā rore impleuit. Nec quid fuit humida.i.circuitus terræ cōiunctæ uelleri nec quid.i.neqȝ in aliquo fuit madefacta;

Nec uellus pluuiã cognouerat, idest postq̃ȝ expres-
sum fuit: mansit adeo siccum: ut nullam pluuiam co-
gnouisse appareret. ¶ Furor tuus. sic in illo. 6. cap.
Iudi. scribitur. Ne irascatur furor tuus contra me si
adhuc semel tentauero signum quærens in uellere.
¶ Maneat sibi gloria soli. B. capi. 7. Iudicum scri-
bitur sic. Dixitqȝ dominus ad Gedeon. Multus te-
cũ est populus, nec tradetur Madian in manus eius
ne glorietur contra me Israel, et dicat. Meis uiribus
liberatus sum. ¶ Aradathæas undas idest fontem
nomine Arad. de quo sic hazet caput Iud. 7. Igitur
Hierobaal qui & Gedeon de nocte cõsurgẽs & om
nis populus cũ eo uenit ad fontẽ, qui uocatur Arad.
¶ Tartareis leenis idest furijs demonumqȝ instiga
tionibus. ¶ Lambebant flumina. ut eodem. 7. cap.
subditur. Dixit dominus ad Gedeon. Qui manu &
lingua lambuerint aquas, sicut solent canes lãbere:
separabis eos seorsum. Qui autem curuatis genibus
biberint, in altera parte erunt. fuit itaqȝ numerus eo
rum qui manu ad os proijciente aquas lambuerant
trecẽti uiri, reliqua multitudo flexo poplite biberat.
¶ Infœlix numerus idest numerus trecẽtorum uiro
rum contra tot hostium millia futurus erat infœlix
sine ueri numinis auxilio, quia uiribus humanis tã
pauci nõ poterãt tã numerosum exercitũ uicere: nisi
deus qui saboth hoc est exercituũ dicitur: opẽ ferret

¶ Zebeus & Salman. caput.8.Iudicum sic habet. Zebee autem & Salmana requiescebant cum omni exercitu suo. Quindecim enim millia uiri remāserāt ex omnibus turbis orientalium populorum. tendebant.i.tentoria fixerant.uterqz.i.zebeus & Salma: quia securi erant de Gedeonis aduentu:ut qui nescirent stragem factam a Gedeone in castris Madianitarum. De zebeo autem & Salmana uictoriā obtinuit Gedeon post Madianitarum stragem.sed deo utrāqz uictoriam coniunxit author:ut aduersus tātam hostium multitudinē trecentorum paucitatem exaggeraret. ¶ Cuius mille iterum.ordo est dextera cuius.s.utriusqz zebei & Salmanæ iā iterum cōputat mille clypeos altos.i.propterea militibus furiosis ij duo reges omnia cōturbabant,quia bis trophæa posuerant.ideo dixit clypeos altos.i.suspensos in arboribus.quos clypeos inter alia hostiū expolia ideo uictores abstulerant,ut eorum suspensione trophæa ponerent,ut uictoriam prætereuntibus ostentarēt.Exaggerat ergo poeta zebei et Salmanæ uires a trophæis bis positis. ut pote qui non semel sed iterū mille clypeos.i.innumeros(finito pro infinito numero)in arboribus appenderint,ut magiæ uictoriæ monumenta indicarent.Quādo tamen bis trophæa zebeus & Salmana in uictoriæ signa statuerint,non memini me legisse.Forte poetico more

fictũ est a poeta. nisi eos uelis subintelligere in illis quos deus ad eruditionẽ Israel dereliquit ut.2.et.3. Iudicũ capite scribitur. ¶ At Gedeon.&c.7.Iudicum caput sic habet. Diuisitq;.s.Gedeon trecentos uiros in tres partes,& dedit tubas in manibus eorum,lagenasq; uacuas ac lampades in medio lagenarũ & dixit ad eos.Quod me facere uideritis,hoc facite.Quando personuerit tuba in manu mea,uos quoq; per castrorum circuitum clangite,& conclamate Domino et Gedeoni.Ingressusq; est Gedeõ & trecenti uiri qui erant cum eo in partem castrorum incipientibus uigilijs noctis mediæ, & custodibus suscitatis cœperunt buccinis clangere,& complodere inter se lagenas.cumq; per girum castrorũ in tribus personarent locis & hydrias confregissent, tenuerunt sinistris manibus lampades,& dextris sonantes tubas,clamauerunt.Gladius domini & Gedeonis stantes singuli in loco suo per circuitum castrorum hostiliũ.Omnia itaq; castra turbata sunt, & uociferantes ululantesq; fugerunt. Et nihilominus insistebãt trecenti uiri buccinis personãtes.Immisitq; dominus gladiũ in omnibus castris,& mutua se cæde trucidabãt.&c. ¶ Septem mille uiros? Admiratiue legẽdum est,quasi paucissimi innumeros? Estq; numerus finitus pro infinito positus.septem nõ iungitur cũ mille,sed seiunctim sumi debet

cum septē sit nominatiui casus. nec in hoc hyperbolice locutus est, cum ad binos ex trecentis Gedeonis quasi mille Madianitæ poterant correspondere. id quod. 8. Iud: patet. Quindecim (inquit) millia uiri remanserant ex omnibus turmis orientalium populorum cæsis centum uiginti millibus bellatorum & educentium gladium. Quibus si adieceris illa quindecim millia, quæ Gedeon etiā occidit: deerunt quindecim millia ad hoc quod binis Gedeonis mille Madianitæ responderent. unde hic locus uidetur depravatus cum nec numerus. 300. Gedeonitarum expressus sit nec numerus centum triginta quinqz millium Madianaturū. Dicamus ergo aut depravatum esse locum, aut numerum pro numero esse positum.

¶ Virū prisci nanqz audit legibus æui. i. propterea dæmon Gedeonis uisa uictoria timebat ruinam sui regni. i. mortis, quia audit legibus æui prisci. i. testamenti ueteris. uirum. i. Christum redēptorē nostrum in lege & prophetis promissum uēturum ad excidiū sceleris. i. ad peccatorum destructionem & ablutionem. quapropter putabat dæmon Gedeonē esse illū uirum: quē uenturū audierat. ¶ Gaudētibus astris, quia spoliato sinu Abrahæ cum redēptor in altum captiuā ducturus esset captiuitatem, cæli gauisi sunt propter nouos incolas cum Christo iam ascēsuros. ¶ Inferna horrēdis. Hypalage est. i. timebat dæmō

illum clarum ducem promiſſum in lege, ut ex multis ſacræ ſcripturæ locis ipſe potuit cõiectari, quem putabat eſſe Gedeonem, quaſſare ideſt rumpere ſilentia inferna flãmis horrendis ideſt horrenda infernis flammis, & timebat illum ducem reſoluere nexus et cæca uincula, quibus electi uiri uſq; ad aduẽtum dñi in ſinu Abrahæ detinẽdi erãt. ¶ Stupefactas fol. 12 B. dat ſenſum rei inanimatæ quaſi ſyluæ tantã ſtragem a tã paucis eſſe factã admirentur. Vmbrataq; cædibus. i. cadaueribus cooperta. ¶ Vix habitura fidem. humanã. fide enim catholica illam cædem eſſe factã certiſſime cõfitemur. ¶ Viciſtis noſtri ſocij. in antiquo exẽplari eſt uicimus o ſocij, nõ nos. ¶ Chariſmata. i. ad gratias deo peragẽdas. Per ſæcula cuncta. præſentes id præſtare nõ poſſunt. ſed illius uictoriæ gloriã poſteri pro præſentibus celebrent. ¶ Signũq; ſacrũ. i. rorẽ & ariditatẽ uelleris. ¶ Geminato miro. fol. 13. A. ideſt fama diuulgabat geminũ miraculũ, rorẽ inquã uelleris cum circũiacẽtis areæ ſiccitate, & pluuiã areæ cum ariditate ſiccitateq; uelleris. Narrabat opes. appoſitorie uellera. ¶ Ignoti dei, quẽ Idolatræ ignorabant, nõ autẽ fideles. Inueni (inquit apoſtolus. 17. actuũ Areopagitis loquẽs) arã, in qua ſcriptũ erat. Ignoto deo. Quod ergo ignorãtes colitis, hoc ego annũcio uobis. ¶ Velleris & ſignum celebrat ideſt effigiem uelleris geſtat.

¶Peruenit fama Philippũ. Ne altius q̃ꝫ oportuit, exordiretur: ab eo Philippo suæ narrationis facit initiũ, qui ordinẽ Thoisonis instituit. Fama (inqt) uelleris Gedeonis huc & illuc per orbem uolitans a patribus ad filios, ab ijs ad nepotes et pronepotes, indeqꝫ ad posteros peruenit tãdem ad aures Philippi Burgundionũ ducis. Is fuit filius Ioannis Burgũdiæ Brabantiæqꝫ ducis, qui ea lege Brabantiæ ducatum Antonio iuniori fratri concesserat: ut si ipse Antonius aut eius liberi sine heredibus necessarijs decederent: ius Brabantiæ ad suum genus rediret. Igitur sine prole defũctis Antonij liberis omne prĩcipatus Brabantici ius deuolutũ est ad eum Philippũ de quo nũc est sermo. Is Philippus duabus amissis uxoribus sine liberi, sduxit Isabellam Ioannis Lusitanorũ regis filiam. ex qua Antoniũ & Iodocũ filios sustulit, quos pueros adhuc amisit. et Charolum nostri Cæsaris patris tui maternum proauũ qui patri successit in prĩcipatu. ¶Sacris iussis quasi imperatorijs. ¶Hæc audite pares. Necui iniuriã faciat dicit eos uirtute pares nisi uelis dicere q̃ ad nomen duodecim parium respexit, quos Charolus Magnus instituit. quia totidem uiros insignes sub regula diui Andreæ ĩ militia Thoisonis Philippus creasse dicitur. ¶Postq̃ꝫ diuina Michaelis. etc.

Oratio est in genere deliberatiuo. suis enim cõmilitonibus conatur persuadere Philippus, ut urbem Hierosolimitanã a Turcis eripiant, ac sicut Gedeõ Madianitas signo uelleris uicit: ita & ipsi sub signo illud Gedeonicũ repræsentante conferant se in sanctã ciuitatem, ut eam pristinæ Christianorum dicioni restituant. Ante uero q̃z hoc mentis suæ propositũ sanctũ aperiat, perstringit diaboli casum, hominis creationem & lapsum, Christiqz ad reparandũ hominem incarnationem, natiuitatem & passionem, ciuitatisq; Hierosolimitanæ sanctificationẽ, ut quæ nostræ redemptionis & conscia & alumna & tandem testis oculatissima fuerit. Recẽsere uero omnia quæ uelut alio properans poeta in hac ducis concione tangit: esset alterum opus condere. Ideo satis superqz me fecisse credam: si ad locos dumtaxat lectorem remisero: unde sine dispendio temporis singula possit elicere. ¶ Michaelis. lege. 12. caput apocalypsis. De Adæ Eueq; creatione geneseos cap. 1. ¶ Iussis parere Tyrãni. B. idest peperere, ut parerẽt iussis Sathanæ. unde infinitiuus parere pro accusatiuo in hoc loco sumitur. ¶ Cuius. s. numinis sic loquitur quasi numen pro diuina uindicta usurpet. Cum in ueteri testamento ultionũ deus cognominabatur. ¶ Regnis beatis a paradiso terrestri. ut Gen. 3. scribitur. Homines. i. primos parentes. ¶ Supremo an

tro fol.14. A.i.sancto sepulchro, q locus totius passionis ultimus fuit. ¶ Ipsa ergo loca. hyperbatō est sic ordinādū. gēs obscœna. s. turcarū premit & incestat ritu inani loca sctā respersa cruore Christi. &c. ¶ Et inde. i. a morte. nitidis plagis. quia quinqꝫ plagæ Christi in æthernum permanebūt in maximū sacratissimi corporis ornamentū. ¶ Nostris & patribus. i. summis pontificibus. urgēs. expellens. patrijs altaribus. i. Hierosolimitanis. aut si magis placuerit, urgens. i. impellens ad altaria sua patria. i. Turchica. Mauros. i. Turcas. Maumethū nāqꝫ utriqꝫ sectantur. ¶ Batauos. i. Holandos. Hi colunt insulā: quam Rhenus bicornis ad oceanum Germanicū facit. Et quāuis hoc nomen penultimā syllabam producat: secutus est Lucanū, qui in primo lib. Vangiones (inquit) Batauiqꝫ truces, quos ære recuruo. ¶ Sicambros. populos ad ripam Rheni oriētalem sitos. Hos hodie Geldrenses dicimus. ¶ Ebronicosqꝫ uiros. b. per syncopā posuit Ebronicos pro Eburonicos. Sunt enim Eburones inter Sabim & Mosam flumina qui hodie dicti sunt Leodiēses. ¶ Morinos. hi nomen suum hodie retinent, siti sunt ad fretum seu traiectum Britanicū inter Belgas. in horū tractu est comitatus nomine Pontus. ¶ Belgas. hodie Flandri & Brabantij dicuntur. Habitant inter Rhenū ex parte orientis & Sequanā ex parte occi-

dentis.ut horum ſitum percipias uide.3.Europæ tabulã Ptolomei.cõferaſqȝ ſi placet ueterẽ cum neoterica. ℭ Dacas.quos hodie dicimus Danos: Daciã, qȝ Daniam. Populi ſunt tranſrhenani Danubio ſyluæqȝ Ericiniæ finitimi. conſule.3.et.9. Europæ tabulas. ℭ Sueuos.ij ſunt inter Germanos bellicoſiſſimi. Habent opulentiſſimas urbes, ſed præcipuã Vlmam, quam non ita pridem rex Chriſtiernus quaſi ſubuertit illiuſqȝ nomẽ deleuit, quod iure an iniuria fecerit, alij iudicent: propter illam tamen dicam ſæuiciam an immanitatem ab oris ſuis exulat. Exul inops errat alienaqȝ limina luſtrat, exiguamqȝ petens protenus orat opẽ.id quod ex illa grandi apologia, quã ad Chriſtianos reges ſcribendã curauit; apparet. ℭ Furẽtia Rheno.i.hinc inde ad ripas fluminis Rheni, q Galliã a Germania diuidit, collocata: ℭ Flores Gallos ideſt ĩ noſtris inſignibus gerimus tria lilia aurea in cãpo Saphirino ſeu cæruleo, quæ regi Clodouco diuinitus ſunt collata. Is inter Prãcorũ reges primus Chriſtianus factus eſt: qui cũ baptizaretur a ſancto Remigio Remorũ præſule, deeſſetqȝ ſacrũ Chriſma, cernẽtibus cũctis quædã colũba ampullam attulit chriſmate plenam, quæ in eccleſia Remenſi hodie ſeruatur. Hinc reor Chriſtianiſſimi cognomẽ efflugiſſe in Frãcorum reges propter miraculũ ĩ Clodouei baptiſmo, indeqȝ Frãcorũ reges in

sua coronatione inūguntur. Attulit etiam columba illa tria aurea lilia ī scuto Saphirini coloris. Is Clodoueus regnauit tēpore īperatoris Martiani. Quo tempore (ut libro annalium primo Regino Prumiēsis asserit) uicit in Aquitania Alaricum regem Gothorum. Insignia uero liliorum accepit anno domini. 455. lege Reginonē primo lib. & Volaterranum lib. 23. et Hermanum Comitem Nuernarium libro de sedibus priscorum Frācorum. Ioannē item Lodouicum Viualdum ad Ludouicum Marchionem Saluciarum. qui trium liliorum symbolicā rationem mystice interpretari conatur. Quod uero duces Brabantici et Burgundi a Gallorū regibus sint oriundi: ut uel sic suo iure trium liliorum insignia gestare possint: lege librum primum & initium secūdi Adriani Barlandi de gestis ducum Brabantiæ.

¶ Plumas. i. plectra, quibus psalterij aliorumq; instrumētorum chordæ tanguntur. ¶ Gesa. i. tela quibus utuntur Burgundi. nomina armorū sæpe de medio idiotismo sumuntur. sicut lancea de idiotismo Hispano. ¶ Croyus heros. Is fuit Antonius Croyus. D. oppidi de Croy & Renti, quem inter alios ordinis Thoisonis milites Philippus elegit. is quāuis inter alios primas non optinuerit, propter facūdiæ tamen excellentiā, pro omnibus respōdere præsumpsit. Ex huius Antonij Croy familia Guilhiel

mum Croyum archiepiscopum Toletanum, Sobrinūq; Guilhielmi Ceuerij, quem uulgus Xeuem appellat, oriundum accepimus. ¶ Hæc oculis dux est gratissima. lege lux. nostra incuria. d. pro. l. excussum fuit. idest hæc uita, fœta idest huberrima. ¶ Decies fœlicibus armis. Decies prospere bella gessit Philippus primū anno domini. 1437. Arthæsiæ oppidū ualida manu obsedit, deinde Brugēsium copijs Anglos populabundos adortus ad duo millia corū occidit, reliquis in turpem fugam cōuersis. postea ipsosmet Brugenses uictoria insolescentes subindeq; rebellātes coegit in ordinem. Paucis interiectis diebus Lucēburgū (cum Elizabeta naturæ concessisset) obsessam quītodecimo obsidionis die expugnauit. Sexto deinde anno Gandauensiū urbe, multis hinc inde acceptis cladibus armorū uiribus potitus est. Septimo Traiectensium urbem expugnauit, cum filium suum Dauid Traiectensi ecclesiæ pontificis cōcessione uellet præficere. Octauū bellum gessit aduersum Dauētrios, qui noui antistitis imperium aperte detrectabant. Hos longa obsidione, ut ad se tādem deficerent, episcopumq; reciperent, coegit. Quinquēnio post Burgunda manu reduxit in regnum Ludouicum Dolphinum, cui cum patre Charolo septimo Galliarū rege inimiciciæ erant, idq; post patris obitum, cum minori filio pater regnum testamēto reli-

quisset. postremo tādem aduersus hunc Ludouicum Dolphinum, quem reduxerat, cum uenisset in suspicionem fratris iunioris ueneno necati. Tantam inde Ludouicus cōflauit inuidiam: ut non tā infestum hostem Philippū habuerit: quā antea senserat amicū. Hæc dimicatio fuit illi ultima, dum ageret in humanis. Ait ergo Croyus debere Philippum omnia sperare, ut pote qui decies certauerit tam fœliciter: ut a bello uictoriæ semper compos euaserit. Lege Antoniū Sabellicū ī postrema sui operis parte, et Adrianum Barlandum. 2. lib. de rebus gestis ducum Brabantiæ. ¶ Burgunda domus &c. exaggerat bellorū ouationem, ex eo q̄ a prælijs redeūtibus omnes qui domi manserant, gratularentur. Hæ prouinciæ inuicem sibi adiacēt, excepta Burgūdia, quæ Sabaudiæ quam Saboiam dicimus, adiacet. ¶ Flandria est in traiectu Britanici oceani: quam partem olim Morini habitarunt. Brabātia orientalior Flādria est ad Mosam flu. Hannoia spectat ad meridiē inter Brabantiam & Flandriam. Quantum ex recentiorū tabularū cum antiquis collatione licet coniectari, Burgūdi sunt qui olim Heluetij, Brabātij qui olim Menapij, Hānoniēses qui olim Neruij atq; Romādi, Lothoringij qui olim Treuerēses dicebātur. ¶ Da signum. fol. 15. A. Vegetius signa muta uocat, quibus collatis manibus in prælio milites a militibus

dignoscuntur. Aliud est uocale symbolicū, quod tessera dicitur, ut quos idem sermo idēqz cultus armorum non secernit, tessera probet. Verg. It bello tessera signū. ⸿Inimica. s. pectora. horrentis æstus pro horrentes. ⸿Et generis uotiqz memor. B. nolo degener esse, ut qui maiorum uestigia in belli subeundis laboribus sequi debeam: præter id ꝙ aduersus fidei Christianæ hostes sacramento militiæ teneor. Hinc apparet Philippum Hierosolimitani belli expeditionē uouisse. ⸿Collaria idest catenas aureas, collis appendentes cum uelleris aurei effigie.

⸿Sex quater idest duodecim pares quos Philippus Sancti Andreæ milites instituit sub insigni uelleris aurei anno domini. 1429. Militum nomina dempto ipso Philippo qui horum equitum fuit primus magister, sunt hæc. Primus fuit Guilliermus de Viena Dominus oppidi Sācti Georgij. Secūdus Regnepotus. D. oppidi dela Rocha. Tertius fuit Dominus seu Baro oppidi de Rēbax. Quartus Dominus seu Baro Mōtis acuti. Quintus Rollantus de Huquerche. Sextus Antonius Bergy Comes Dammartie Septimus Dauid de Brimeu Dominus oppidi de ligni. Octauus Hue de Lānoy. D. oppidi de Santes. Nonus Ioannes. D. oppidi de Comunes. Decimus Antonius de Toulonguon metator seu Marischa lus Burgundiæ. 11. Petrus de Luxemburg Comes

Conuersanæ.12.Ioannes de Latrimoilæ.D. oppidi de Ionneles.13.Ioãnes de Luxemburg.D.oppidi de Beaureuoyr.14.Gilibertus de Lannoy.D. oppidi de Villerual.15. Ioannes de Villiers. D. insulæ de Adam.16. Antonius. D.oppidi de Croy & Renti 17.Florimontus de Brimeur.D.oppidi de Massin court.18.Robertus.D. oppidi de Mamines.19.Iacobus de Brimen.D.oppidi de Griguy.20.Baudouinus de Lannoy.D.oppidi de Moulãbais.21.Petrus deBoufremõ.D.oppidi deChargni.22.Philippus.D.oppidi de Teruant.23.Ioannes de Crequy. 24.qui est ultimus Ioannes de Croy.D.oppidi de Tours sur Marme.De ijs lege.75.caput secũdi uoluminis historiæ Gallicæ Enguerrani de Mõstreleto:unde hæc nomina nos decerpsimus. Nam cũ hæc (qualiacũqz sunt)daremus typographis,præ angustia temporis(qua undiqz premimur)operam typographorum intermorari non licuit,quousqz Alphõsus de Sãcta cruz Cæsaris Protocosmographus de Thoisonis militia opusculum ad me mittendũ curaret,quod cum Hispali habeat,quãuis pro mutua inter nos amicicia id cuperet,mihi tamen in hoc tẽporis breuissimo spacio opitulari non potuit.quare illum adeat,qui huiusce rei explicatius argumentũ exquirit.ea est enim humanitate præditus,ut omnibus prodesse uelit, eoqz ingenio,ut quod uelit,facile

possit. ¶ Quis bella placent. pro quibus. ¶ Numeroq; sacris. i. inter alios ordines militares, qui sub alicuius sancti tutela sacri sunt, hunc ordienm computo. ut pote cuius milites Diuũ Andream suæ militiæ patronum habeant. ¶ Candida uirtus. i. o fortitudo quæ militiæ candidatos tutaris. ¶ Releuare solo. Respexit ad illud psalmi. 112. Suscitans a terra inopem & de stercore erigens pauperem. ¶ Diuina sacra fol. 16. A. idest missarum solennia. ¶ Natusq; meus. i. Charolus nostri Cæsaris Charoli quinti maternus auus. ¶ Prior horum. i. primus trium dierũ celebrabit. i. recolet. Andresina prælia. i. sancti Andreæ martyrium. Sacro ligno. i. in cruce. mortẽ uitalem, quia per talem crucis mortem quasi per ianuã ingressus est ad uitam, ad quod festum celebrandum indumentis purpureis milites uestiri debent, ut rubeo colore martyrij passionem innuant. ¶ Inferias alij dabimus. i. secundo die sacrum expiatorium celebrabimus pro manibus militũ nostri ordinis defunctorum. Syrmata. i. uestes pullas demissas & (ut sic dicã) caudatas ac solo tractas, qualibus in funebribus pompis uti solemus. ¶ Flentesq; pati. i. nos lugubres cõpati et dolere nostrorũ cõmillitonũ uicem: eorumq; misereri quos igne purgatorio manus domini tetigit. Sociosq; perẽptos solari. i. nostri ordinis cõmillitones: qui iam obiere mortẽ, orationũ suf

ſragiijs iuuare. ¶ Sanctæ matris ideſt Mariæ uirginis, quia tertius dies uirginis matris ſolennitate celebris eſt. ¶ Cāpo Golgotheo ideſt in loco caluariæ, ubi Chriſtus redemptor noſter pro nobis crucifixus eſt. reformatos cœlos.i.nouis incolis frequentatos, qui in locum angelorum qui inde ceciderunt, ſuffecti ſunt. ¶ Nulli tentata. B.ideſt quæ uia a nullo ante Chriſti aſcenſionem tentata, nimis dura horrebat. ¶ Imagine ponti.i.quaſi mare tempeſtatibus concitatum obijciebatur bonis etiam uiris ante redēptoris noſtri paſſionem: poſt quam fuit complanata & ſtrata uia. ¶ Innumeros Gedeō.ne ſimus nos Autologi (quod græci faciunt) ut non ſemel aut bis, ſed necēties eadem repetamus, iam ſæpius diximus hanc hiſtoriā Gedeonis ex.6. et.7.capitibus Iudicum detruncatum iri: ſi quæ nos carptim decerpſimus non ſufficiūt. ¶ Notus ſibi, ut qui ſe ipſum cognoſceret, ſubindeq; proprijs uiribus difideret. ¶ Bello amico ideſt iuſto, quod pia iuſtaq; cauſa geritur. ¶ Fūdendis hoſtibus.i.uocat Gedeō illud uellus ſigna certa ad fundendos fugandoſq; hoſtes. ¶ Agnus erat. iuxta illud Ioannis.i.ecce agnus dei.&c.patitur non in ſe, ſed in membris.ut ipſe act.9.dixit. Saule Saule cur me perſequeris? ¶ Armata potentia.fol.71. A nominatiuus pluralis eſt. ut ſit, pectora potentia. ¶ Fatum ſuperās ideſt ſic ſegerat fortiter aduerſus

omnes casus, ut ipsam mortis naturalē formidinem superet. ¶ Nostris humeris idest annullata catena a collo per humeros defluens habet appensam arie-tis aurei effigiem. ¶ Retulit. B. respōdit. habe idest adiudica. ¶ Decori Martis. i. aureo uellere decora-ti belli. ¶ Nec est memoratus ī istis. Iassonis Aeso-nis filij historiam multi ex professo scripsere, Or-pheus, deinde Apollonius Rhodius, postremo Val lerius Flaccus, nam Ouidius in. 7. Meta. hanc histo riam perstrinxit. sub qua miris rerum inuolucris au ri conficiendi artem quam Alchimiam uocant, con-tineri, nemo q secreta naturæ penitius rimari cona-bitur, ignorabit. Mitto q Aurelius Augurellius. 3. suæ Chrysopeiæ libro multis hoc rationibus pro-bare contendit, cum ipsa Alchimiæ traditio trala-tis detortisq; uerbis id astruat: ut a filijs (quos di-cunt) artis solum percipiatur. Id coniectari licet in Argonauticis Orphei seu Cercopis (ut ciceroni pla cet) apud quem primo de natura deorum libro, pro Cercopis mēdose cerdonis legitur. Is ergo Orpheus seu Cercops ita artem Alchimiæ describit, ut eum Alchimistarū fuisse principē, nemo artis peritus, qui illū euoluerit, inficietur. ab eo saltē loco, ubi her bas aurificas congerit, usq; ad auri trāsmutationē. non uerā: sed apparentē, qa in re uera nō sufficit ars ad opus naturæ ut alibi ostēdemus. Carmīa sūt hæc

Multa quoqꝫ ipsa mihi callens Medea ferebat:
Et sacri ex adyto capsam gestabat odoris.
Tum propere subter uestem simulacra peregi
Imposuiqꝫ ignem congestaqꝫ uiscera: sacram
Rem faciens, catulos ingratris pelle locaui
& paulo post
Tunc protinus Aesone natum
Incedens propere exalto iubet aurea ramo
Vellera detrahere: accelerat non segnis Iasson
Exceptæqꝫ humeris fert pondera pellis ad Argo

Addamus & nos quid hac de resentiamus, Vellus non sumitur pro ipsa lana ex pelle detunsa, sed pro pelle simul cum lanæ uillis ab arietis Ouisue corpore extracta. Vnde cũ Pergami (quæ minoris Asiæ urbs fuit) in pellibus scribere fuisset inuentum: a pergamo pergamena pellis seu charta fuit denominata. Hinc tractnm est illud quod psal. 103. ait propheta. Extendẽs cœlum sicut pellẽ. Quod deus in cœlo stellas sic fixerit, quasi in pelle pergamena scripserit literas: in quibus legeremus gloriam, quam ipsi cœli sic scripti psalmo. 18. enarrare dicuntur. Quia ergo ars Alchimiæ seu conficiendi auri pelle pergamena sua lana ad sui ipsius conseruationẽ munita, scripta erat, appellari cœpit uellus aureũ. i. pellis pergamena, in qua ars conficiendi auri cõtinebatur, quam artẽ a Medea Iasson didicit: cuius discẽdæ gratia Col-

chor primus omnium post uniuersale diluuium ad nauigauit. Quare uero Alchimistæ tā secrete distorteq; loquantur, deo ductore præuio in .3. parte nostrorum librorum, ubi de libris sophisticis agemus: explicabimus. ¶ Flammea colla. lege. 7. librū Ouidij meta. ut hæc carmina intelligas, ubi qs fuerit draco, qui uellus aureū seruabat: qui fuerint tauri æreos pedes habētes, quiq; fuerint socij Iassonis. Orpheus (inquam) Hercules, Calays et zetus & cum fratre Castore Pollux, opera breui percipies: ¶ Pecus auratum. i. uellus aureum. ¶ Recolat ue duces. Si uerū est, quod Enguerranus de Monstreleto capite. 75. secūdæ partis Gallicæ historiæ asserit: Philippus uelleris aurei denominationē a uellere Iassonis accepit. Iassonisq; emulaturus audaciam, qui in tam longinqua q̃q; incognita profectus, decus præmiūq; domū reportauit, ut Thoisonis milites idem mente conciperent, excogitauit hunc ordinem. Sed poeta tribuit modo Philippo: quod ipse poeta satis Christiane cōmentus est, ut illa scilicet demoniatio non a Iassonis sed a Gedeonis uellere esset. Aureum uero uellus appellauit (cum roscidum potius nuncupari deberet) propter rationes, quas ipse author explicuit. ¶ Iouis illa parens. i. Cybele deorū mater: per quam idolatriā intelligit. De Syrtico Hamone. i. de Ioue, qui propterea dicitur arenosus, quia colitur in syrtibus

Cyrenaicæ regionis. lege Herodotum. libro.4.& Arrianum Nicomedensem lib.3.& Strabonem lib. ultimo.et Melam lib.1. ¶ Inflat Apollo.fol.18.A. idest iã desijt oracula reddere. Hoc idem arguit Cicero lib.2. de Diuinatione. Hoc idem ait Lucanus lib.5.Quod uero Iuppiter Hãmõ etiam omutuerit, Strabo ultimo libro testatur. Cuiusmodi oraculorũ silentium paucis annis ante diuini uerbi incarnationem factum fuisse ex his alijsq3 multis profanis autoribus constat. Nẽpe quia noctuæ nõ audent hiscere aduentante die. ¶ Tripodes, quia machina qua Pythia uirgo responsa dabat: erat tribus suffulta pedibus. Castalios autẽ ideo appellat, quia apud fontem Castalium, qui est in Beothia Appollo serpentem Pythonem peremit. ¶ Delectaq3 sortibus antra idest oraculis & responsis Apollinis. Quo autẽ modo hoc antrum delectum sit, declarat Diodorus siculus de gestis Alexãdri lib.1. Cum in eo (inquit) loco ubi nunc templi delphici adytum est, terræ hiatus pateret, circũq3 errarent pascentes capræ frequẽter, contigit ut ad cauum illud capra quæpiam accedens & introspiciens miris quibusdam exultationibus & uoce prius ei insueta incredibilem pastori suo admirationem concitaret, adeo ut ipse spectatũ eius loci situm accesserit. Eum tunc, quod et capris euenerat: perturbatio ingẽs corripuit. ut illæ capræ ea pro

pemodũ quæ diuinitus uexatis accidunt paterentur: hic uero præter illud, futura etiam prædiceret. Qua propter apud eius regiones homines diuulgata com motione mentis, quæ ad hiatum accedentibus oboriretur: complures illuc conueniebant, tentandiqꝫ gratia quicũqꝫ prius se inferebant, diuino agitabantur spiritu. Propterea res in admirationem uersa, creditũqꝫ terrestre illud esse oraculum, & aliquãdiu seruatum est, ut consulturi de rebus suis ad hiatum se pro mitterẽt, alter alteri responsa redderent. Sed cũ multi ex furore in præceps desilerent: qui eum locum ser uabant instituerunt, ne quispiam periclitaretur. Ibi fœminam uatem ad omnium usum deligi: a qua prædictiones acciperentur. ei uero machinam erigi: super quam tuto et diuinitus afflari & consulẽtibus respõdere posset. Quia uero ea machina fulturis tribus su stinebatur: ideo tripus nuncupata est. Hæc Diodorus: atqꝫ alia ad hanc rẽ facientia, quæ ne totas chartas his nugis oppleam, prudens omitto. ¶ Deus mortuus, per idiomatum diuini humaniqꝫ communicationem deus dicitur fuisse mortuus. Quia Christus qui uerus deus est, pro nobis in quantum homo mortuus fuit: ut qui mortem nostram moriendo destruxerit & uitam resurgendo reparauerit. ¶ Pallas idest Bellona hoc est quæ apud gentes quasi belli dea colebatur, galea ægideqꝫ armata depingitur.

¶ Suis conformia chartis. hoc est signa quae trahūt originem non a fabulis gētilium, sed a sacris literis: quia Gedeonis uellus quod nos recolimus Iudicū. 6. capite celebratum est. ¶ Cātibus thessalicis. i. incantamentis in Thessalia primum repertis, ut uidere est in Asino Apulei & Luciani Alexandro. ¶ Phasidos. Colchorū amnis: cuius aquam non putrefieri seruatam: in lustratione Ponti Euxini asserit Arrianus. ¶ Pulchri uoti. i. ordinis militaris iam iurati. ¶ Aesonides. i. Iasson filius Aesonis. pro dijs fallacibus. Ioue Dodonaeo Apolline et Pallade. quorum oraculis se intentato mari commisit. ¶ Ecce fert pelagus. Emphasim habet particula ecce. quasi dicat sine mora ausus est se mari cōmittere. nec cuilibet pacato, sed mari procelloso, quale est Hellesponticum. ordo uero est. fert idest ferēdo tranat. Pelagus. i. Hellespontum. quod. s. pelagus, notant. i. historici denomināt & signant, morte. i. summersione scilicet Leādri Abideni. crudelibus undis, i. saeuientibus & crudeliter obruentibus ipsum Leandrum. Hanc historiam Museus facile suppeditabit. faciliusq; Erus apud Ouidium ad Leandrum epistola, sed ad ordinem reuertamur. Nec timuit. s. Iasson credere. i. committere se ponto nūquam antea sulcato. i. nauigato. nec timuit inferre bella furijs. i. draconi uigili aeripedibusq; tauris custodientibus uellus aureū. parati

idest ad hoc tantum ut uellus custodirent in statione dispositis. furiis insuper quas Medeæ incantamẽtis ab inferis excitatas in Argonauticis Orpheus asse rit. ¶ Assyriis. B.i. Hierosolimitanis. ¶ Par meritis ratio. i. in locũ indemortui is miles sufficiatur, qui meritis probatus fuerit. Socii. i. uita defuncti. in cuius locũ sufficitur. ¶ Ductor. quasi magister equitum uelleris aurei. pactum. i. decretum ordinem militarem. digito. i. sui nominis subscriptione. & ære. i. sigillo æreo ut posteris fidem faceret certiorem.

¶ In quartum librum scholia.

¶ Solymũ. i. uersabat Philippus in animo quo modo in Turcas expeditionẽ faceret, ut sanctam ciuitatem ab infideliũ dicione subtraheret. ¶ Patriæ exultãtis imago. Pulchra poesis: idẽ fecit Lucanus lib. i. cũ imaginẽ Romæ ad Rubiconem finxit in somnis Iulio Cæsari apparuisse. ¶ Totum orbem amplexata, quasi Burgundia esset caput orbis, quæ orbi subiugato leges esset impositura. & id uoluit significare, cum ait. Quod imago Burgundiæ utroq; latere ab ortu ad occasum esset orbem occupatura.

¶ Chare parens fol. 19. A. filium potius aut alumnum cum patria esset, cõpellatura erat. Sed respexit ad illud. Roma patrem patrie Ciceronem libera dixit. ut sit pater quasi tutator. ¶ Clauigero Petro. i. omnes nationes sumittere sumo pontifici regni cælo

rum claues gerenti. ¶ Romana ad sacra.i.ad fidem catholicam. Qui uero Norinici sint, ubiue terrarum siti, non memini me legisse: nisi dicamus quod Norinicos pro Noricis posuit: quos hodie Bauaros dicimus. lege. 14. caput. 2. libri Ptolemæi: eiusdēq; 5. Europæ tabulā ueterem cōferas cum recentiori. ¶ Aurea sæcula.i.fidem rectūq; colentia. Diuino lauacro idest sacro baptismate, quo ad præsens superbiētes paganos conuertere dedignatur. ¶ Anglorum. quo tempore Caletū Arthesiæ oppidum, quod Anglorum regi parebat (ut superius diximus) ualida manu obsedit anno. 1438. lege expeditiones alias: quas superius breuiter recensuimus. Quod uero ait inuasisse aquilas Romanas, ex se poeta superadiecit: ut Philippi gesta cōmenticijs etiam prælijs exaggeraret. cum nec Romanis nec Scotis ullum intulisse bellum Philippi historiā & annales legentibus constet. ¶ Mutātur sydera.i.syderum influentiæ non semper sunt eædem. ¶ Radicatas umbras componit.i. cœlum lucidum finit umbras in conum seu cuspidem procedentes: quæ tādem in concauo Mercurij terminantur nec altius progrediuntur. ¶ Purpureosq; uiros idest martyres Christi milites. ¶ Atra terētes crimina idest non solum cœlicolæ heroes, qui armis tutati sunt patriam te excipient, sed ij etiam qui in purgatorio terunt.i.cōterunt crimina atra.i.peccata

per confessionē remissa, quorū tamē cōtritio nō fuit plene sufficiens in uita. ¶ Primo Marte. quia Michaelis certamen cum Lucifero & angelis eius fuit primū post mūdi creationē. ¶ Alter amor superū: fol. 20. A. i. diuus Sebastianus est alter amor, quem quasi secundū in terra ducē superi amant: sicut Michaelem in cœlo signiferum primū. Cōnumerat sanctos duces, qui in terris iustā militiā exercuerunt, ut horum exēplo bellicosus Philippus in cœlū audeat aspirare: ordo est. dux alter. i. Sebastianus post Michaelē amor superorū, quem superi amant, ostendet membra passa sagittas. et ipse nimis procerus, quia proceræ staturæ erat, ostendet tunicā purpuream. i. sanguineā ab alto collo. s. fluentē. quia sāguis sagittarum ictibus erumpēs a collo ad pedes usq; fluebat, gaudentibus armis. i. ipse Sebastianus gaudēs in armis: qbus pro Christi nomine fuit usus. ¶ Cisso formosus a mictu. Quia quod pro Christi amore impēditur: tātū abest ut largitori deficiat, ut defectus ipse in ornamētū eius q dederit, cedat. Sic Sāctus Martinus semitunicatus formosus erat. Messozeugma est sic. Martinus te expectat. et Acatius itē Christi miles te expectat. Arathateis oris. i. in mōte Arathat: qui nō longe distat ab Alexādria Aegypti urbe cū Euphratēses Romano īperio rebellassent Adrianus & Antonius īperatores delectui haibro præfecerūt

primicerium Acatium, ut hoſtes ſubiugaret. Is cum multitudine hoſtium territus terga uertiſſet: ab angelo dei inſtructus fuit in mõte Arathat. unde cũ Acatij exercitus ſignifer eſſet angelus, hoſtes primũ fugati deinde cæſi fuerunt. Quo miraculo allectus cum fidem catholicam cum cõmilitonibus ſimul profiteretur: ab imperatoribus ſeptem regum præſidio fretis, dominicæ paſſionis quam ipſe Acatius prædicabat: tormentis affectus fuit. ut re ipſa eius imitaretur mortẽ: quem ore confitebatur. Quare ſicut Acatius Dominicæ paſſionis fuit imitator: ſic deus illi conceſſit, ut obſcuraretur ſol a ſexta uſqꝫ ad horam nonam & terra tremeret, reliquaqꝫ ſigna quæ in dominica paſſione facta ſunt, Acatio eiuſqꝫ ſocijs diuinitus apparuerũt. Lege Petrũ de Natalibus epiſcopum Equilinũ cap. 137. lib. 5. ¶ Conuerſo pectore. ſ. ad fidem Chriſti. ¶ Lætoq; ſimillimus almo. i. ſanctiſſimæ Chriſti morti. cœlos tenebroſos. quia (ut diximus) in eius martyrio ſol obſcuratus fuit. ¶ Georgius te. ſ. excipiet. Hic cum Capadocia oriũdus eſſet, tempore Diocletiani imperatoris in Lybiam ſe contulit: Vbi iuxta Lyſiæ oppidi ſtagnum ex pacto dæmonis cũ immanis bellua non ſolum pecora ſed homines etiam per ſortes ſibi oblatos quotidie deuoraret, filiam quoq; regis ex iactu ſortis religatam iam iamqꝫ a dracone deuorãdam liberauit:

qui signo crucis munitus ipsius puellæ zona draconē ligauit. Propterea uero arma bis tincta gestare dicitur: quia (ut in Chronicis Aragoniæ legitur) cū Petrus huius nominis primus rex Aragoniæ obsedisset ciuitatē Oscam quā Huescam dicimus, a Mauris obtentam, eodem die quo Christiani Antiochiā recuperauerant in Syria fauore Sancti Georgij: idē Georgius in castris regis Aragoniæ (quia Christiani erant paucissimi respectu Maurorum multitudinis) apparuit in equo habens crucem rubeam in manu, ductabatq; Christianos illos paucissimos per medios hostes. Et ut miraculū appareret, in eodē equo quendam equitem Alemanum conuexit. qui in eadē Antiochiæ pugna pugnauerat. qui eques adhuc se apud Antiochiā putabat pugnare. Deniqz omnes Christiani crucigerum Georgium cum pugnātem intuerentur, animū, quo antea linquebantur, recuperarūt, triginta Millia occiderūt. bis ergo tincta habuit Georgius arma pugn. s. Antiochiæ et Oscæ. Quod autem ait agni: ne copules genitiuū agni cum illo effectiuo sanguine, sed cum accusatiuo arma. ut sit ordo, gestans arma agni. i. crucē Christi. bis tincta sanguine. s. hostium Antiochiæ & Oscæ. ¶ Superum. i. supernum. Quia sancti duces qui dum uiuerent sancte militiam exercuerunt, pijs militibus fauorem supernum impetrare censentur. ¶ Si me deseris. B. idest

H

q̃uāuis me deſeris. ¶ Charolus ſocer Maximiliani imperatoris proauuſqꝫ maternus Charoli quīti. ¶ Clouigenas uīcet reges. Fateor me ita ī hoc loco hæſitaſſe: quaſi in latentes ſcopulos impegiſſem. Præſertim cum tumultuarie mihi eſſet agēdum, quod ab opera uacaturi eſſent typographi: ni illis quotidie integrā ſuggeſſiſſem. Eſt enim mihi deus teſtis: quod iam incœptus erat excudi liber: cum ad hæc (qualiacumqꝫ ſunt) exaranda raptanter potius: q̃ꝫ ſatis pēſiculate ſcribenda ſcholia, calamum tādem arripui. Cum ergo huc appuliſſem, euolui & reuolui Strabonem, Arrianū, Plinium, Melam, Solinum, & Ptolemæū: apud quos quid per uocem Clouigenas poeta uellet ſignificare: cū nullatenus mihi liqueret: cūqꝫ ad multam noctem uigilaſſem (eo nāqꝫ tempore mihi uacat, alias Syſiphio molari diſtricto) ſomno tādem quietē iam exigēti cōceſſi. Ecce poſtridie aliud agenti ſeſe mihi optulit uerus poetæ ſenſus. Ad quē excutiēdum, ſciamus per exaggerationem pluralem numerum pro ſingulari uſurpari ſolere. Vnde reges Clouigenas pro uno dūtaxat rege Clouigena in hoc loco accipiemus. Quia tribus prælijs Charolus Burgundiæ dux uicit Ludouicum undecimū Gallorum regem, per ſyncopam tamen Clouigenas pro Clodouigenas poſitum eſſe conſtat, ideſt reges a Clodoueco genitos ſeu oriundos. Si quis tamen quærat, cur

potius Francorum reges a Clodoueo qui fuit quartus, Clodouigenæ, q̃z a Pharamondo q fuit primus Francorum rex, aut a Clodione, qui fuit secundus, aut a Meroneo qui fuit tertius, denominentur: facile dissoluetur, cum cōstet tres priores fuisse ethnicos: Clodoueum uero fuisse primū inter Francorum reges Christianum. Adde q huic, cum a diuo Remigio baptizaretur: tria lilia diuinitus delata sunt: quæ hucusqz sunt gestamina insigniaqz regum Gallorū. Quid ergo mirum, si ab eo posteri reges denominentur: q præter id q primus Christianus fuit: lilia quæ illi diuinitus fuerunt tradita, posteris gestanda præscripsit. ¶ Pugnaqz triformi idest post tria prælia, quibus uincet Ludouicum regem Gallorum, figet et suspendet in templis suis Burgundis in signum trophæi et partæ uictoriæ. lilia Gallica idest scuta regis Gallici ab ipso rege ui armorum extorta. Prima expeditione uicit Ludouicum ad Montlericum, qui locus distat ab urbe Parasiorū septem miliaribus Gallicis. Quo prælio coactus fuit Ludouicus reddere Charolo Burgundionum duci omnes terras, quas illucusqz ui tenuisset. secundum prælium fuit, cum rex Ludouicus Arthesiam & Picardiam ingressus plurima Charoli oppida ui capta diripuit, cumqz ad oppugnandum Atrebatum accederet: secedere inde coactus fuit ab exercitu satis expedito illuc qz a

Charolo misso. Cæterũ cum ab hoc prælio Charolum abfuisse constet, secundã expeditionẽ dicemus, quãdo super flu. Sequanã construxit pontẽ, quo exercitum Parisios traduceret. ubi & utrinqꝫ certatũ & æquo fuit Marte dicessũ. Tertia fuit expeditio, quãdo simul cum Eduardo quarto anglorum rege leuiro suo Galliã ingressus, ante uastare non destitit, q̃ꝫ per legatos rex Ludouicus nouem annorum inducias a Charolo impetrauit. Has ergo tres in Galliam expeditiones appellat poeta pugnam triformẽ. ¶ Deseret hic natam. Charolus interijt Nanticẽsi obsidione anno. 1476. ex Isabella reliquit filiam Mariã, quæ nupsit Frederici. 3. imperatoris filio Maximiliano. idqꝫ significat poeta, cum ait. Quam iure mariti dux Romanus habet. i. Maximilianus. De cuius uirtutibus gestisqꝫ pulcherrimis tum alibi, tum præcipue decerpes multa ex. 2. libro Adriani Barlandi de gestis ducũ Brabãtiæ. sed difusius in. 6. cap. lib. 3. Epitomes Hieronymi Gebuuileri. Roma uocat, quia Francfordiæ superioris Germaniæ nobili emporio suscepit imperij insignia anno dñi. 1486. die uero. 10. mẽsis Aprilis. ¶ Tunc Austria nobis iuncta erit. Austria fuit olim dicta Pannonia superior: cuius archiducalem titulũ Fredericus. 3. imperator pater Maximiliani usurpauit primus. De Austria sub Austriadis inscriptione. 12. libros optimis

carminibus scripsit Ricardus Bartholinus Perusinus ad Maximilianum. ¶ Mea sceptra.i.Burgundiæ Brabātiæq; principatum. Louanij enim sextū decimū ætatis annum agens principatus moderamē accepit. Flore iuuētæ.quia sexto calendas Octobris anno ætatis.28.naturæ concessit.anno salutis.1506 Quando uero Philippus Sicambros, qui Geldrēses hodie dicūtur, subegerit, ad uinculaq; traxerit, nec legi, neq; ab iis qui in illius comitatu uersati sunt, certior fieri potui. Nisi forte dicamus poetā intellexisse, quādo Frederico Maximilianoq; in Germaniā abeuntibus Philippus sub Alberti Saxonum ducis tutela mansit. Quo tempore Alberto rectore Sicambros Brabantiæ uicinos potuit subiugare. idq; est quod dicit. Quod uirtute ducis.s. Alberti.cuius tutelæ Philippum pater Maximilianus cōmisit. Si hæc sententia displicuerit: sit alia, quod quāuis esset puer sedecim annorū, uirtute tamen ducis & non pueri Sicambros seu Geldrenses subiugauerit. Nisi forte poeta allusit ad triūphos, quibus singulæ urbes Philippum ex Germania in patriam reuertentē exceperūt. & cum triumphus nisi de uictis hostibus decerni nequeat, forte patrias ciuitates ingredienti Philippo pueri innuptæq; puellæ de Sicambris uictis Pæana canebāt. ¶ Charolus huic alter. Philippo Archiduci Austriæ regiq; Castellæ succedet Charolus quin-

tus pater uidelicet tuus Magne Philippe. unde respectu charoli proaui sui dicitur alter. i. secūdus ¶ Rex mihi Martis erit. i. princeps militiæ. id quod nomē imperatoris significat. ¶ Asiā sibi subdet. alij imperatores a finitimis locis suā dicionē propagare īcipiūt, hic aūt ab exortu solis Asiā sibi subdere exorsus est. quippe cui Sinarum regio pareat. Hæc uulgo Gillolo dicitur, quæ in multas prouincias diuisa est in Cathaiū, Banguelā et Mangū. Parent etiā illi insulæ Malucorū, qui sunt oriētaliū extremi. ¶ Celebres Laryssas. i. Turcas. Laryssa est urbes Thessaliæ, quā Acrisius amnis præterfluit. Hic fuit natus Achiles. Hanc celeberrimā urbē Turcæ (proh dolor) nostro sæculo cœperūt. Hinc Laryssas aut Larysseos possumus Turcas cognominare. ¶ Scythicosq; duces fol. 21. A. i. septētrionales populos, quos hodie Moschouios, Russianos Tartarosq; dicimus. Phariosqz tumores. i. Aegyptiorum superbiā. extremis Afres. meridiē uersus extimis ī oceanūq; excurrētibus. Optatus uictor, quasi nō armorū ui, sed beneuolētia ab Afris excipietur. ¶ Et mihi. i. Burgūdiæ Philippū alloquēti. Ingētes titulos. tot regnorū et prouinciarū, quot suo subdet īperio. ¶ Tharisus Astureo. Rodericus archiepiscopus Toletanus Hispanæ historiæ cap. 62. de secūdo introitu Arabū in Hispaniā scribēs: asserit. Quod Abēciet cognomēto

Tarif ex mãdato regis Muzæ duodecĩ millia bellatorũ dedit comiti Iuliano, q cõuenerũt ĩ mõtẽ Calpẽ qui ab illo Mauro Gebeltarif fuit nũcupatus. nã Gebel Arabice mõs interpretatur latine. Hic ingressus fuit anno regis Arabũ. 92. Era uero. 702. Deĩde capi. 67. ait. Quod Pelagius q fuit armiger regis Vitizæ in Cãtabriã se recepit. indeq; in Asturias. cũ totam fere Hispaniã Mauri deuastauissent. in regione ergo Gegionis, quæ quasi peninsula in oceanũ Cantabricũ excurrit, quos potuit congregans iuxta Brete oppidũ in montẽ Auselam ascendens ab exercitu Tarifi se defendere conabatur. Capite sequenti. 68. ait. Quod sciens Pelagius Tarif maiores copias in ipsum congregasse, quibus Alchamã et Opã episcopum Hispalensem præfecerat, cum paucis ingressus est ipse Pelagius in caueã grãdẽ: quæ est in latere mõtis Auselæ. Erat autẽ cauea illa quasi diuino artificio rupibus hic inde munita. Huc ergo Christianos ingressos cum telis hostes impeterent, deo suis opitulante omnia tela, iacula, lapides & Sagittæ in ipsos Mauros retorquebãtur: quibus uiginti millia Maurorũ occisa sunt. cæteros uertiginis morbo laborantes Pelagius insecutus occidit. Tarifus ergo (ut ad ordinẽ redeamus) non in fine sed ab introitus principio uictor, succlusit non ipse sed illius exertitus duce Alchamano. s. Gothos. i. Pelagium ac eius comites.

¶ Crimine magno.s.incontinentiæ. Quia omnes declinauerunt, & si antea, tunc præcipue, adeo ut clerici ac presbyteri uxores ducerent aliaqz eiusmodi facinora perpetrarent. ¶ Huic. Charolo quinto.tibi o Philippe, sorte .i. diuina prouidentia. unus.i. solis, quia imperator est totius militiæ monarcha. ¶ Bina ouilia.s. Christianorũ & paganorũ. firmo saxo idest Christi fide, quæ est firma petra. ¶ Aries.i. uelleris aurei gestator. neruiter idest fortiter uastabit mauritaniã et Africã. ¶ Secessit mũdo moriẽs. Philippus naturæ concessit Brugis anno salutis.1467. ad decimũ septimũ calendas Iunij, cũ uixisset annos septuaginta tres, et res administrasset trigĩta septẽ, extra Diuionem in Carthussiensium monasterio sepultus est. ¶ Charle igitur. Postq̃z euanuit imago Burgundiæ, conuertit poeta sermonẽ ad Charolum quintum. quod idem est, ac si diceret. Quãdo imago Burgũdiæ quasi præsensione quadam percita uera prædixit, tu o Charle qui es proles generosa Philippi archiducis Austriæ regisqz Castellæ, tu qui es soboles regia uictorum.i.eorum progenitorũ, qui semper uincere cõsueuerunt, concipe animos dignos te.i. ad res gerendas quæ tibi conueniãt. ¶ Regna decẽ. Quo tempore author hoc scripsit opus, parebãt nostro Cæsari regna decem, quorum tituli in omnibus regijs scripturis passim circũferũtur. postea uero tot

illi accreuerunt:ut præscripto numero careant. Quot autem nūc habeat, dicat ipse, immo nec ipse quidem (uide quid audeo dicere) dicet. ¶ Et totum. et idest etiam. ¶ Asiamqȝ superbā idest Turcas, Persas, Tartaros, reliquosqȝ paganos superbientes. ¶ Aurea sæcula. i. ætate nostra te duce aureum sæculum renascetur. Sed utinam dempta metaphora aureum re ipsa nō esset. Nulla enim pestis hominibus perniciosior est, quam nimia auri copia. Id uoluit Elegiarum uolumine. 3. Propertius significare, cum ait.

Aurea nunc uere sunt sæcula, plurimus auro
  Venit honos, auro conciliatur amor.
Auro pulsa fides, auro uenalia iura.
  Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.

¶ Brutorū exoluere pœnas. Paganos brutos appellat. Si fecerit ipse. s. aries. i. arietis gestator. Euphratem fluuium Armeniæ. i. accolas Euphratis tādem post tot sæcula iam exacta dare pœnas debitas. i. si ipse dux uelleris aurei coegerit Euphratis accolas dare pœnas infidelitatis illis iuste irrogatas. & s. si fecerit aries Nilum. i. Egyptios Nili accolas. et Solymos. i. Turcas qui habitant Hierusalē, suo sanguine debitas pœnas luere. ordo uero est, fœlix futurus est aries si fecerit Euphratē spumantē uasto æstu. i. magna sanguinis ingurgitatione exoluere pœnas iustas. i. iuste irrogatas brutorum. i. infideliū accolarū.

¶ Austria olim Pannonia superior dicta fuit. Aduertendum: quando aliquam prouinciam respectu alterius inferioris superiorem dicimus, eam ab oceano meditarraneoue mari remotiorē longinquiorēq; significamus. quando uero inferiorem, mari esse propinquiorē. quasi in decliuiori loco expansam innuimus, illam autem in accliuiori. ¶ Toto mūdo idest orbi terrarū. mundum nāq; pro tota machina aethereae elementarisq; regionis usurpari debere, nemo est qui ambigat. ¶ Patribusq; nepotē. idest ne sis degener pulcherrima tuorū Maiorū gesta torpedine delens. patribus idest maioribus. nepotem idest posterum, si hoc nomen singulariter licet efferre.

¶ In quintum librum scholia.

¶ Iam tenet Herculeas idest Hispaniarū principatui inauguratus progenitorū dicionem accepit, qua uelut Alexander non contentus, ultra sibi esse progrediēdum affirmat. ¶ Votum dixit. in uestustiori exemplari reperi fecit, quod loco dixit reponendum ratio dictat. cum facere uotum sit phrasis latina, dicere uero barbara. Est ergo sensus. Quāuis Charolus Caesar usq; ad fretum Gaditanum dicionis suae imperium teneret, fecit tamē uotum ulterius progrediendi. pergere idest pergendi: non hoc ita dictum putes, quod ullum uotū ulterius pergēdi Caesar aliquādo fecerit, sed ideo dictū est a poeta, ut sic elogiū cly-

pei(inquo scriptũ est. PLVS VLTRA) nobis enuclearet. Quasi diceret. non contentus fuit suorum regnorum finibus, quando in clypeo scripsit. PLVS VLTRA. Idq; significat quod subiũt xit. In clypeo signis aptauit auorũ. i. ipse Cæsar aptauit. i. adiũxit signis. i. insignibus. aurorũ. i. maiorũ opus magni cordis. i. magni animi. monumẽta. i. argumẽta. Quia insignibus Burgundiæ Brabantiæ et Castellæ e suo sui ipsius elogium adiecit. PLVS VLTRA. et q͂a tot maiorũ insignibus clypeus refertissimus erat: ut nec minimo q͂dẽ signo locũ ullũ reliq͂rit, extra clypeũ duabus q͂si colũnis Herculeis sui uoti elogiũ affixit. ¶ Gemuerũ tartara: idest dæmones ne Cæsaris uirtute si Plus ultra progrederetur: pagani ad fidẽ Christi cõuerterẽtur. ¶ Maumethi acies. fol. 22. A. i. Mauri & Numidæ atq; Afri. quos barbaros hodie dicimus eorũq; tractũ: q ab am pelusia usq; ĩ finẽ minoris Africæ obtẽditur, barbariã. ¶ Thura parãt. ad sacra faciẽda. lenire furorẽ. s. Cæsaris ne ĩ eos militũ delectũ habeat ¶ Magnanimi Ferrãtis. i. Fernãdi regis (q catholicus cognominatus est) aui materni nostri Cæsaris. qui obijt oppido Madrigalejos ãno. 1516. ¶ Quæ sit causa. oratio est ĩ genere deliberatiuo. Conatur persuadere suis ut ad Mauricã, Numidicã, lybicãq; expeditionẽ se se præparẽt. ¶ Nõ bis. i. uobis. ¶ Scitis ut His. etc.

Maurorũ in Hiſpaniam irruptionẽ breui cõmemorat, ut illis retaliantes Hiſpani parẽ uicẽ rependãt.

¶ Almanſarus. Toletanus archiepiſcopus Rodericus cap.104.ſic ait.Igitur propter peccata principis Veremũdi (is fuit filius regis Ordonij & auus infantium, qui uulgariter dicuntur de Carrion) propter peccata ergo Veremundi & populi Chriſtiani rex Arabũ, qui Alhagis dicebatur.ipſe uero ſe Almãzor.i.defenſorem conſtituit nominari. Nam Alhagis ſupercilium interpretatur, ideoq; uoluit nominari Almanzor, quia ſicut ſupercilium defendit oculũ ita ipſe dictus fuit defenſor populorũ. Hic igitur congregato exercitu cæpit Caſtellæ Legionis et Nauarræ prouĩcias. Et Paulo poſt in eodẽ cap. Sed urgentibus pluuijs hiemalibus Almanzor ad propria reuerſus eſt. In cap.uero.105.ſic idẽ Rodericus. Adueniente autem uerno tempore Almanzor iterum exercitũ congregauit: Legionẽq; obſeſſam expugnauit. Cæpit etiam Aſtoricã et Sanctum Facundum, quem uulgo dicimus Sahagum et alia plurima oppida, deinde rediens per terras Caſtellæ Oxomã, quã Oſmã dicimus: & Alcouellam & Valeranicã, quæ nunc Berlanga dicitur, et Atentiam optinuit, inde ſuperbia elatus ad ſua redijt. Capite deinde.106.idẽ Rodericus. Igitur anno.13. Almãzor reſumpto exercitu ingreſſus eſt per eam partem Calleciæ, quæ dici

tur Portugallia, munitiones et ciuitates hostiliter deuastãdo. Cumqz ad maritima peruenisset, etiã ciuitatem Sancti Iacobi deuastauit. Sed fulgure territus ab eo loco, ubi corpus apostoli esse credebatur, abstinuit. Nihilominus tamen cãpanas minores in signũ uictoriæ secum tulit, & in Mesquita Cordubæ pro lampadibus collocauit. Cumqz exercitus eius dissenteria fere totus consumptus esset, Almansor peste coactus ad propria est reuersus. Hunc igitur triplicẽ introitũ uoluit significare noster poeta, cum ait Gothica ter lybicis infecit regna uenenis. Nam quod in illo tertio introitu apud Metinam cognomẽto Cœli cum iterum accingeretur ad prælium, a Garsia Ferdinandi Comite Castellæ profligatus, inedia uoluntaria periit, cum tertia nimirum in Hispaniam irruptione debet connumerari. ¶ Deseuit. i. passim disseminauit. ¶ Nullas edocta ruinas. cum Gothi semper uincere et non uinci consueuerunt. ut multis in locis id Rodericus testatur. ¶ Domino superãte. cap. 68. idem Rodericus ex persona Pelaii Opã Hispalensem præsulem increpantis. Quãuis (inquit) deus iusto suo iudicio filios pestilentiæ castiget, non tamẽ suos obliuiscitur in æthernum. ¶ Arlistius ingens occidit. De fortitudine gestisq; Arlistii deq; eius obitu i Chronicis Roderici Gothorũ ultimi regis, quæ Eleastras regius historicus concinauit, multa repe-

ries. Sed praecipue a capite. 165. usq; ad caput. 171. secundae partis: cum Hispalim liberauit ab impugnatione Abalagis filij regis Muzae. ¶ Et Fruleus. Lege caput. 72. Roderici praesulis Toletani. ubi gesta Froilae, quem Fruleum poeta uocat, cognosces. Hic inter alia instaurauit Ouetũ. Cõstituit ut clerici coelibem uitam degerent. Cum a tempore Vitizae pessimi regis coniugati essent. Durauit ergo clericorum in Hispania cõiugium quadraginta septem annis. ut ex capite. 58. et. 72. Roderici praesulis cõstat. Hic etiam Froila Omacem Cordubae ducem Galleciae fines infestãtẽ coepit et occidit. in quo praelio. 54 millia arabũ occisa sunt. De Saccaro uero, qui praeter animi insitam fortitudinem, facundus erat. unde amico affabiliqz ore eum fuisse poeta testatur: lege aut re uera perlege totam primam partem Chronicorũ regis Roderici, ubi tot gesta trophaeaqz huius uiri dispicies, ut historia illa non ad Rodericũ regẽ, sed ad Saccarum pertinere uideatur. Nec mirum sane, cum ipse rex Rodericus (ut ex capite. 139. primae partis liquet) Eleastrae suo historico iusserit, ut duella trophaeaqz, omnia deniqz gesta Saccari susceptae historiae regiae connocteret. ¶ Cindus. B. Hic fuit rex Cindasuindus, & per syncopam Cindus ratione carminis dictus est a poeta. Eandem in hoc nomine abscisionẽ Ioannes de Mena comisit, cum de hoc

ipſo rege loquẽs ĩ ordine Saturni copula.272.ſic ait

¶ Sera Gerion con los oluidados,
ſera como muerta la fama del Cindo
rey delos Godos magnifico lindo
uno primero delos bateados.&c.

De hoc eodem rege Cindaſuindo Rodericus Toletanus præſul cap. 40. ſcripſit. Vbi inter alia aſſerit, Quod hic rex ſeptimum concilium Toletanum celebrari fecit, miſitq; Taionem Cæſaraguſtanũ epiſcopum Romam, ut ſancti Gregorij libros moralium afferret. Era. 685. ¶ Iactura Figerni. Quis Figernus hic laceratus fuerit, cuius potius q̃ aliorum recordatione Cæſar noſter in lachrymas prorumpẽs ſuas regales genas rigaturus eſſet, ingenue fateor me neſcire. Non eſt enim cõminiſcendum, quod per ſyncopam Fridigernum Oſtrogothorum regem poeta ĩtellexerit. De quo Rodericus præſul ca.21. ſcripſit. Nam præter id quod hic nõ fuerit laceratus, fuit cõtaminatus hæreſi Arriana. Forte quiſpiam fuit ex neothericis. cuius recẽti cæde aut truculẽta morte iure quiſq; illachrymaturus eſſet. Sed hæc utcumq; ſe habeant, nihil ad poetæ ſenſum, ſubindeq; me prorſus ignorare profiteor. ¶ Afris laniata leænis. Cũ leænæ leonibus ſint truculentiores: Mauros non leones, ſed leænas appellauit. Afras uero: quia ex Africa per fretum Herculeum in Hiſpaniam irruerunt.

¶ Diuo profligatus yucca Pelaio. Diximus quo modo Pelaius egressus ab antro montis Auselæ Mauros profligauerit, cum omnia tela missilia diuinitus in hostes retorquerentur. ut cap. 68. Roderici præsulis Toletani liquet, ubi nō legitur, quod Pelaius quē quam nomine yuccam profligauerit, sed Opam & Alchamanum. Forte ergo litera est deprauata, ut pro Muza yuza & pro yuza yucca ab eo qui trāscripsit per cacographiā repositū fuerit. Tarif nāq; (ut. 62. cap. Roderici præsulis patet) ex mandato Muzæ regis dedit duodecim millia bellatorū, ut Rodericum Regem occideret, qui exercitus (cum iuxta flumen Vadalac Xerez disparuisset Rodericus) in Pelaiū conuersus fuit, quē cū Pelaius profligauerit; Muzā ibidem profligatū dicemus. Nisi forte eum yuccam necromāticum intelligamus, cuius consilio rex Alabor ad persecutionem Gothorum utebatur. Cuius yuccæ fit mētio cap. 20. et duobus seq̄ntibus secūdæ partis Chronicorū Regis Roderici. Itemq; fit mentio eiusdem yuccæ a cap. 224. usq; ad caput 230. in quo apparet, q̄ yucca præcipitauit ex arce Ceptæ Alarbotum filium comitis Iuliani & comitissæ Frandinæ. in cap. sequenti quod est. 231. ultimū historiæ, quā Eleastras illucusq; cōtexuit, scribitur. quod Pelaius urbem Legionem expugnauit Mauros q; illam inhabitantes ad unū interemit. quod fuit

initium Hispaniæ recuperandæ. Dicamus ergo (si prior sentētia displicuerit) quod yucca a Pelaio fuit profligatus: quādo illius omnia consilia, quibus rex Alabor in Gothorū interitū utebatur, fuerunt irrita & conquassata uirtute Pelai. quem propterea poeta diuū appellat, quia miraculose uicit Alchamanū egressus ab ātro. Et postea dei auxilio Mauros Legionē inhabitātes. aut si magis placet, dicamus poetam in deprauatū exēplar incidisse: ex quo pro Opa lopam aut yuccā expiscaretur. Opam nāq; episcopum Hispalensem simul cum Alchamano profligauit Pelaius. proflictus. i. profligatus. Versæ sagittæ. i. quæ cum in Pelaium cæterosq; qui cum eo in mōtis Auselæ antro protegebātur, missæ essent, in suos iaculatores retorquebātur. ¶ Gisgonia rura tollere. i. yucca profligatus, & sagittæ in suos uersæ iaculatores incipiunt nobis spem ferre nouā, & incipiunt tollere. i. extollere. rura Gisgonia. i. Asturica. Est enī Gisgio (unde Gisgonius) peninsula in ora maritima Cantabrici oceani non longe distans ab Ouetensi urbe. quæ cū initiū esset non resistendi arabibus modo, sed eos etiā fugādi: merito extollitur. Tollo autē pro extollo in hoc loco capitur: sicut in. 4. satyra Persii. Sorbitio tollit quem dira cicutæ. i. quē. s. Socratē dānationis sententia nō modo non deprimit, sed extollit, ut qui pro optima causa innocens mortem obiit.

¶ Sumoq; labore.i. res Christiana non solū caput paulatim eleuat, sed sūmo etiā labore. Secus esset si paulatim tātum sine labore, aut cū labore celerrime caput erigeret. Alfonsos, Ferrādos. &c. Subijcit rationē, qua res Christiana sumo labore caput erigere cōsueuit. Quia labor improbus.i.magnus subindeq; improbatus, quod oēs magnū laborē subterfugiāt, occupat in bellis altis.i.magni momēti. Alfonsos.i. omnes reges huius nominis. Ferrandos.i.omnes reges hoc nomine nuncupatos, atq; Ramiros.i.huius itidē nominis reges.et Ianos.i.oēs reges, qui Ioānes sunt appellati. Quorū catalogū et seriē Didacus Valerianus in. 4. parte Hispanæ historiæ cōpēdiose recēsuit. Plures præterea suis annalibus celebrātur, qui passim circūferuntur. ideoq; eos, typographorū cessanti operæ cōsulētes, omittimus. ¶ Ricos.i.oēs reges Gothorū, q a Ricis denominantur.ut Enricos, Fredericos, Rodericos, cæterosq; eiusdē analogiæ. Est quippe Ricus uox Gothica, significatq; hominē diuitē et opulētū. Inde est q in nr̄o Carpetano idiotismo riqueza significat opulētiā. Aut uerius Ricos.s. hōres, quia ut obseruatū est, multū discriminis assignatur inter ricos hōores et hōbres ricos. Quia cū ricus postponitur significat hoīem diuitē: cū uero præponitur, significat uirū generis nobilitate clarū: adeo ut ricus hō equitibus præponeretur. ut in nr̄is histo-

rijs passim reperitur. Ricus hō praeterea more regiō signū regiū caldariāq; gestare poterat, cū eques neq; uexillū quidē. Quid uero caldaria seu calidaria (quae uulgo caldera dicitur) innuat, in elogio quodā, quo Manrici de Lara ducis Naiarēsis īsignia īterpretati sumus: enucleauimus. Carmina sūt haec. quorū primū typographi incuria deprauatū emaculauimus.

Parma duces referens regum de stirpe creatos:
  Continet in campo regia signa suo.
Id si quaesieris, res ipsas aspice prudens,
  Nam mutis sermo rebus inesse solet.
Imperat ecce Leo cunctis animalibus: unde
  Qui gerit hoc animal, creditur esse Leo.
Si tamen assurgat, qui fortior arma capessat,
  Munitus castris fortis in arma ruet.
Obsequium praestant elixa carne lebetes,
  Prandeat esuriens ut bene tota cohors.

In horū carminū tertio disticho leones explicantur: in. 4. uero Castella. in ultimo autē (quod ad propositum spectat) caldariae siue lebetes. Dicamus ergo per Ricos hoīes nō diuites, sed regios uiros significari, ut pote quibus Pēdonem (quod uulgo dicitur) & caldariā gestare licebat. Hinc est. q; quaedam filia Regis Enrici cognomēto nobilis, nomine Constantia, quae Ioanni Lusitanorū infantiae primicerio nupsit, Rica foemina (ut magnū) praenominata fuit.

¶Ferrans Gonsalus.i.Fernãdus Gõsalus Comes
Castellæ.Hic floruit tẽpore Ramiri secundi,qui re-
gnare cœpit anno domini.901. Ait Rodericus præ-
sul Toletanus,quod ex quo tẽpore Fernandus Gon
salus cœpit suæ patriæ Comitatũ:desierũt Asturia
rum reges.Huius comitis historiã narrat Didacus
Valerianus.16.et.17. cap.4. partis Chronicorum
Hispa.Itẽ a capi.21.usq; ad caput.31. Quibus quot
quãtosq; Maurorum exercitus fuderit ac deleuerit,
sine labore percurret. Lux ergo.i.tutela fuit suæ pa-
triæ honoræ.i.tali ac tãto alũno honoratæ.¶Mor
tuus ingentes.Quia Cid Rodericus Diaz:quẽ poeta
Ciddiũ uocat,mortuus Valentiæ quasi uiuus esset,
equo insidens funibus probe ligatus uicit exe citum
Bucaris regis Arabum,quem sex & triginta reges
comitabantur.ut cap.98.et.99.et.100.quartæ par-
tis Didacus Valerianus affirmat.De Cidij gestis,
cum nullus non uicus abundet,satius tacere duxi,q̃
pauca dicere,propterea dicit author. Quod Cidius
orbẽ concusserit,hic quidẽ re,alibi uero nomine.Gõ-
salus ergo & Ciddius licet mira fecerint,non tamen
Mauros ex Hispania penitus expellere potuerunt.
¶Illiberitano fugiens est cõdita regno.i.Maurorũ
reliquiæ fugientes Castellæ uires fauore dei cõmuni
tas in Granatẽse regnum se cõtulerunt.condita.i.ab-
scondita.Illiberitano.i.Granatẽsi.Moris est poeta-

rum denominare regiones ab oppidulis, dimissis interdũ magnis & opulentis urbibus. Illiberis fuit oppidum uetustum non longe ab Vrcis quã uulgo Almeriã dicunt. Potuit nempe ab Illipula magna, quæ proculdubio Granata est: Illipulitanũ regnum dicere nostras poeta, sed maluit Illiberitanũ quasi nomen uulgo magis receptũ. Nuper Frãciscus de Madrid Archidiaconus Del Alcor in ecclesia Palẽtina scripsit ad Doctorẽ Ioãnem Bernardũ Diaz de Luco Cæsarei conuentus uigilantissimũ ac sapientissimũ senatorẽ ac patronũ meum, ut ex me quæreret, quasiq; expostularet, Quid causæ esset, quod Illiberĩ oppidum Salsas esse in. 2. differẽtiarũ libro asseruerim, cum me unico dẽpto, nemo non sit, qui Granatã Illiberim fuisse contendat. Primũ (sane fateor) cum epistolã perlegissem, admiratus sum hominis in explicanda suffulciẽdaq; sentẽtia omniũ hinc inde rerum corriuationẽ. Deinde non secus ac si ex ungue (quod aiunt) leonẽ totum elicerẽ, uisus sum mihi totius antiquitatis exẽplar in illa opistographa epistola circũspicere: adeo enim in tenui argumẽto (in quo Georgicorum lib. 4. assertore Vergilio labor est) omnes aggeres, uineas, arietes & catapultas in Salsas direxit Granatæ opitulaturus: ut ni ueritas reclamaret de Illipulla Magna iam funditus actum esset. Verũ cũ eodẽ situ, quo nunc est Granata, Illipula Magna

sita sit: ut Ptolomei. 2. Europæ tabulam intuētibus innotescit, me tacēte (quod pro Milone ait Cicero) res ipsa erit indicio. Nec ideo Salsas Illiberī esse negabimus, quod eiusdem nominis ciuitatē in Granatensi regno quondam fuisse constet. Vtrobiqȝ nanqȝ fuit olim Illiberis. De oppido Salsis alias, nunc de Granata. Primum Illiberis multo propinquior est Vrcis quā Granatæ. Quod uero Franciscus de Madrid Archidiaconus del Alcor ait de episcopo Illiberitano, fateor. S. Cecilium episcopum Illiberitanū in Bethica, non in Narbonensi Gallia fuisse: cum utrobiqȝ fuerit Illiberis. Quod autē diœcesium fines rex Bamba præscripsit, obiecit: admitto libens. Ibi enim Bethicam Illiberim, non Narbonēsem intellexit. et in hoc Isidori sententiæ subscribo de episcopo Illiberitano Bethicæ sane, nō Narbonēsis Illiberis. Iam uero de Promontorio Elbirria id tātum ausim affirmare: neminē posse affirmare illic fuisse sitā Illiberim, quā Ptolemæus (ut ex tabulæ situ cognoscitur) lōge locauit. Quidequod Illiberis illa quam Elbirriam dicunt, aut potuit ab Illiberi esse deducta colonia, aut uiculus cū Illiberi cognominis. ut Burgelli uiculus in Bardulia cum Burgis in Brigia. Quod item de porta Eluira adhuc instat: quomodo potest probari, quod eiusdem portæ uia non ducat ad illā, quam Ptolemeus longe a Granata distantem Illibe-

rim locat? Argumentũ postremo quo quasi insolubili nititur: omniũ facillime dissoluetur. Adducit in sententiæ cõfirmationẽ quoddam epitaphium, quod mense Iunio huius anni. 1540. in quodam Granatæ uico, qui Alcassaua cognominatur, effossũ est, quod sic habet. Flauiæ Valeriæ Tranquillinæ Augustæ cõiug. Impe. Ces. Gordiani Pij Feli. Aug. ordo milit. Flopi Illiberritani deuotus numini maiestatiq; sumptu publico posuit. Quo epitaphio non liquet Illiberim esse Granatã, sed Flopũ ductorum militũ Illiberritanũ fuisse. quid ergo prohibet, Illiberi ortũ Illipulæ stationarios milites habuisse: cũ id saxũ, quo epitaphiũ incisum fuit, reponẽdũ curauit? Sed hæc paucula dixisse sufficiat, cũ nõ in dies sed in horas typographi meã operã expectantes, mẽbratim hoc opusculum expiscẽtur. Sentẽtiæ meæ de Illipula Magna suffragabitur Ioannes Stoflerinus in Calendario Romano. & utriusq; censuræ situũ mensurata collatio subscribet. ¶ Vnio. Isabellam reginã unionem ideo poeta nũcupat, quia sola fuit quæ ĩter tot reges potius uirago ex gestis, q̃ sexu fœmina dici meruit. Quod enim alij reges optinere nõ potuerũt, ipsa tandem peregit. nam simul cum uiro Fernando nomen Maurũ propulit ab Hispania. unio ergo idest una inter uiros celebratissima fuit. Nulli quippe (quod capi. 35. libro. 9. ait Plinius) duo uniones in discreti

reperiuntur. unde nomen unionũ Romanę scilicet imposuere deliciæ. Marbodeus quoqꝫ Gallus uetustissimus poeta, cap. 71. sic inquit.

Tollitur e conchis species memoranda marinis,
Vnio dictus ob hoc, ꝙ ab una nascitur unus.

¶ Inimicũ uirus fol. 23. A. i. est Mauros cũ sui Machometi Alcorano Suna & Acearo. ¶ Post bella decem. &c. Numerale decẽ non apponitur bellis, sed annis. ut sit sensus. Rex Fernãdus post diuersa bella gesta per decem annos, obtrũcat Afros. i. Mauros, qui ab irruptione Tarif Granatæ regnũ ad annum. 1492. possederunt. ¶ Nouus Scipio. Quia rex Fernãdus ita expeditionẽ Afrã mente cõcepit, ut quasi alter Scipio, qui a deuictis Afris dictus Africanus est, ipe quoqꝫ Mauritaniã Numidiam & Africam suo subiugaret imperio. ¶ Fortuna. poetice dictũ, nam hic idem poeta in alio opere, quem de profligatione bestiarum inscripsit, nomen inane fortunæ autumat. ¶ Moriturus. Rex Fernandus suum diem obijt in oppido de Madrigalejos mensis Ianuarij die. 22. ãno. 1516. ¶ Hac mihi sorte datur. idest hac successione. ut in illo hymno. Vt cum dies abscesserit noctẽqꝫ sors reduxerit. ¶ Ardua. s. uirtus. iam pridem exuta. i. Castella quæ ab expulsione Maurorũ iam pridem seruitutis catenas exuit. ¶ Vellus. i. ordo Thoisonis. ¶ Altos Gothos. Hypozeugma est

et capitur petere pro inquirere. Vergilius. Euandrũ petimus. Eſt igitur ordo. ſtat.i.decretũ eſt.petere.i. repetere. Gothos altos.i.alti et antiqui ſanguinis, et indignas neces, & littora reſperſa ſanguine Gothorum. ſtat præterea inquirere ex animi uolũtate Marmaricas furias ideſt Marmaridicas. hoc eſt ipſos Marmaridas furentes in arma. quos cap.5.lib.5.a Paretonij ferme regione ad ſyrtim uſq; maiorẽ por rectos accolere, aſſerit Plinius. Et ſtat petere.i.inquirere. tyrannos lybicos.i. minoris Africæ reges, ac per hos omnes paganos intellegit more poetarum, qui particularia & finita pro uniuerſalibus & indefinitis aſſumunt.ut Iuuenalis.i.ſatyra. Quã mihi lucus Martis.i.q; ipſa fabularũ congeries. Quid agãt uenti.i.materia meteorologica ſatis eſt mihi perſpecta, ac per illam philoſophiã naturalem intellexit. Vnde alius.i.hiſtoria. Quas torqueat umbras.i.res theologica. Sic ĩ propoſito per Marmaricas furias lybicoſq; tyrãnos omnes paganos intellexit, qui in Hiſpaniarũ deuaſtationem irruerant. Aut ſi magis arriſerit, expone per appoſitionẽ. ut ſit ſenſus. ſtat petere.i.inquire Gothos & littora Gothorũ ſanguine reſperſa. appoſitorie Marmaricas furias lybicoſq; tyrannos. qui Gothi abſumpti et quæ neces indignæ et quæ littora ſanguinolenta ex Maurorũ cæterorũq; infidelium monumentis adhuc extant. ſed

construƈtio prior ſenſui magis quadrat. ¶ Nec his me ferre minorẽ.i.progenitoribus meis parem geſto rum magnitudine. ¶ Ferrea monſtra.i.bombardas igniuomas.quarũ inuentio Germanis aſcribitur. Iacobus Vuinphelingius in Epitomes rerũ Germanicarum.cap.64.ſic ait. Anno domini.1380.inuentũ eſt bellici tormenti genus a Germanis noſtris, quod uulgo Bõbarda dicitur, a ſono ut opinor ac tonitru. Videtur a bombo et ardeo cõpoſitũ. Quidã eiuſmodi igniuomas machinas antiquioribus non incognitas ex illo Vergilij æneidos.6.conantur aſtruere.

Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas,
Dum flammas Iouis & ſonitus imitatur olympi.

Sed horum ſẽtẽtiæ refragãtur carmina quæ paulo poſt inferuntur.

Demens, qui nymbos & non imitabile fulmen
Aere & cornipedum curſu ſimularat equorum.

Quibus claret, nõ tantũ tonitru ac fulmen, ſed nymbos etiã Salomoneũ imitatum fuiſſe, idqꝫ nõ ferreis æneiſue machinis, ſed Aere.i.Aereo ponte & curſu equorũ. Id quod etiã ſi poeta nõ expreſſiſſet, non tamen igniuomas machinas in uſu apud antiquos fuiſſe contẽderemus. Nam præter id ꝙ talium machinarum in ſacris literis nulla fit mentio: mirũ profecto eſſet, quod omnes grammatici, oratores, poetæ, adhuc etiam hiſtorici et his curioſiores philologi, om-

nesqꝫ (ad quos priuatim spectaret) polemologi has oppugnatorias machinas tacuissent, si earum uel rarissimus in oppugnandis urbibus olim fuisset usus. ¶ Gangeticis oris. B idest orientalibus. Allusit ad id quod .10. satyra ait Iuuenalis. Omnibus in terris quæ sunt a Gadibus usqꝫ aurorã et Gangem. Iam diximus hunc esse amnem, qui Geneseos .2. cap. dicitur esse Phison. Geon uero sit idem qui Nilus. ¶ Mercurinus. &c. Hic fuit Mercurinus de Gatinaria a libellis Regis Philippi. Qui de magnis Philippi rebus apud Fernãdum Philippi socerum bis egit oratorẽ. Ait ergo poeta. Quod hic Mercurinus, qui pro aulicis omnibus respondit Cæsari, eloquẽtia superabat Mercuriũ illum, quem Græci scriptores eloquentiæ laudibus efferunt: quẽ propterea Hermen .i. interpretem uocant, quia sermo conceptus mentis enucleat. ¶ Clarusqꝫ comes .i. Nassaus, qui adeo celebritatis nomine claruit, ut unico rege dẽpto nemo magis omnibus innotuerit. ¶ Nostro Charlo .i. tibi, qui noster es. aut dicamus, quod cõuertit sermonem a Cæsare ad Cæsaris aulicos. cuiusmodi personarũ mutatione Cicero pro Milone usus est. ¶ Duris efficta fulmina saxis .i. tenes ferrum .i. arma. auxĩ .i. nũ mos uiros .i. milites ueteranos: et naues, si nauali bello decertandum sit. & signa .s. militaria minitantia toti põto idest quæ omnibus nauibus ac triremibus quæ

in toto mari uagãtur, se se opponere audeãt. Habes insuper fulmina effi cta.i.assimilata duris saxis.i.bõbardas igniuomas. Tangit opinionẽ uulgariũ existimãtium fulmina esse ignitos lapides.ideoqꝫ rotũdos lapides a bõbardarũ igne puluereo excussos fulmina uocat. Nec mirum si uulgus imperitum fulmẽ lapidẽ esse putet, quando Marbodeus Gallus poeta uetustissimus capit. 22. de lapidibus preciosis sic ad posteros scriptum reliquit.

Ventorum rabie cum turbidus æstuat aer,
Cum tonat horrẽdum, cum fulminat igneus æther,
Nubibus illisis, cœlo cadit iste lapillus,
Cuius apud græcos extat de fulmine nomen.
Illis quippe locis quos constat fulmine tactos,
Iste lapis tantum reperiri posse putatur:
Vnde Cerauneos est græco nomine dictus.
Nam quod nos fulmen, Græci dixere Ceraunum.
Qui caste gerit hunc, a fulmine non ferietur.
Sed neqꝫ nauigio per flumina uel mare uectus
Turbine mergetur, nec fulmine percutietur.
Ad caussas etiam uincendaqꝫ prælia prodest,
Et dulces somnos & dulcia somnia præstat, &c.

Hinc (opinior) manauit in uulgus fulminis lapidei uana credulitas: qua suffulti tricuspides lapides quos ipsi exacuunt, imperitæ multitudini uenditant circulatores. ¶ Summo patri idest Romano pontifici.

¶Christicolam cateruã.i.prius q̃z cum rege Gallo rum cæterisq; Christianis regibus fœdus percutias. ¶Hostiles enses.i.Gallicos. ciuibus tuis.i.Hispanis.Solymos.i.Turcas, qui sanctam ciuitatẽ inhabitant fol.24. A. ¶Vrere.i.ad urendum.hostibus.s. Gallis.rediuiuis.i.ob negligentiã nostram reuiuiscentibus. ¶Reposci: idest linquimus ut nomẽ tuum cu raqz reposcatur: cũ iure quereretur Cæsare in terris agente ab hostibus posse pati. ¶Nodatis cõcordiæ uinculo fœderatis. ¶I precor.i.omnes aulici, quos de bello nunc cõsulis, precantur, ut cum uicinis pace cõposita, ductes nos, si tibi libuerit, per totius orbis cardines. ¶Geminã ursam.i.populos septẽtrionales sub ursa maiori, quæ plaustrũ uulgo, & minori, quæ buccina dicitur, habitantes. ¶Gesa.i.missiles hastas. nomẽ teli ex Idiotismo Burgundo tractum. ¶Carras, Messopotaniæ urbem. M. Crassi et Caracallæ imperatoris fato satis celebrem. ¶Mundo .i.orbi terrarũ. ¶Adriaco Leoni.s.Decimo pontifici maximo Adria (quæ mari supero nomẽ dedit) oriundo. ¶Gallo.Francisco Gallorum regi. ¶Britanis nostris.i.Anglis: qui tũc Cæsari inseruiebãt. ¶Aurea sæcula. quibus homines, fidem rectumqz colant. ¶Hi.s.sumus põtifex, rex Gallorum et rex Anglorum. ¶Neruiter.i.pertinaciter. ¶Clementem.s.septimum pontificẽ maximũ. Hinc claret hæc

authorẽ intercalasse carmina, quo tempore Clemẽs septimus ĩ terris uicem Christi gerebat, cum totum opus Leonis decimi pontificatu perfecerit. ¶ Fata idest diuina determinatio tibi aspirat. ¶ Haec ubi facta. B. scilicet fuerint cum uicinis pace composita. ¶ Scelus Asiae. i. Turcarum. Lybiae. i. Maurorum in nostris oris grassantium. ¶ Nomen Iouis. i. Idolatria. Indis. s. orientalibus flu. Indi accolis. ¶ Puro auro. sine hostium (ut sic dixerim) intestina carie. ¶ Domos Gãgiuoras. i. Gangis accolas ex Gange bibentes, indeq; aquatilia, quae comedant, expiscantes. i. oriẽtales popalos. ¶ Niliq; domos. i. populos meridionales, qui Nilum a meridie fluẽtem accolũt. ¶ Solemq; tepentem. i. populos occidẽtales. ¶ Babyloniacis. i. Tigris et Euphratis omnibus accolis, qui Messopotamiã ad Babylonẽ incolunt. Respexit ad illud Lucani. i. lib. Cumq; superba foret Babylon spolianda trophaeis Ausonijs. De Babylone ultimo capite sic Solinus. Chaldeae gentis caput Babylon est a Semiramide cõdita, tam nobilis, ut propter eam & Assyrij & Messopotamij in Babyloniae nomen transierint. Et paulo post. Amne interluitur Euphrate. Idem asserit Plinius. cap. 26. lib. 6. Hebrei uero Babel a cõfusione linguarum appellãt: ut Geneseos. 11. capi. scribitur. ¶ Aquilas idest tua ipsius insignia, quae gestat aquila biceps, ut ab uno

ecclesiæ corpore mystico summum pontificem, teq; simul Christiani exercitus imperatorem progredi raciocinemur: ut ab ecclesiæ hostibus euaginato gladio tueris eum, qui gladium suum in uaginam mittere diuina admonitione iubetur. Hæc serenissime princeps sese mihi, quotidianis hinc inde lectionibus impedito, quæ scriberem, obtulerunt. Quæ cum re uera paucissimis horis utcunq; sint concinnata, præstiti prope plura q̄ potui, sed multo sane pauciora quā debui. Nā cū in librorū disquisitione (quæ me in huius operis excussione præocupatum oppresserat) ex munere mihi iniūcto, totos dies impenderē, ut a notis nothos abstraherē, mirū sane q̄ tāto oneri nō succubui. Tibi uero adeo munusculū hoc euanuit, ut mihi sit Augustissimū cōgiariū, si hæc sereniss. prīceps (quātulacūq; sunt) scholia fastigio tuæ celsitudinis non despexeris. Vale fœliciter nostri & noui orbis præsidiū: ac tui clientuli Alexij Vanegas, si unq̄ in hoc tibi præludio contigerit ociari, memento.

Tuos pedes osculabundus amplectitur
Alexius Vanegas.

¶ TOLETI.
In ædibus Ioānis de Aiala. 20. die Nouēbris anno Virginei partus.
1540.



colorchecker CLASSIC
calibrite
mm